This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600093229V



DEMOSTHENIS

OLYNTHIACAE TRES

PHILIPPICA PRIMA

ET

DE PACE.

TEXTUM AD CODICEM Σ ET NOVISSIMAS EDITIONES RECOGNOVIT, HARUM DISCREPANTIAM ET SELECTAS ALIORUM SUASQUE NOTAS SUBJECIT, DUO EXCURSUS ET TABULAM CHRONOLOGICAM

ADDIDIT

CAROLUS AUGUSTUS RUEDIGER,

PHIL. DR. GYMNASII FRIBERG. RECTOR EMER. ANTIQUITAT. SAXONICAR. INVESTIGATORIBUS DRESD. ADSCRIPTUS.

EDITIO TERTIA DENUO APPARATA.

LIPSIAE

LIBRARIA WEIDMANNIA.

MDCCCXLVIII.

290. i. 5.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

VIRO PERILLUSTRI

LUDOVICO CAROLO HENRICO DE PFORDTEN

JURIS UTRIUSQUE DOCTORI

RERUM ET SACRARUM ET SCHOLASTICARUM PER REGN. SAXON. GERENDARUM

AC

RATIONUM CUM EXTERIS GENTIBUS INEUNDARUM

SUMMO MODERATORI ET PRAEFECTO

HANC EDITIONEM SACRAM

ESSE VOLUIT

AUCTOR.

PRAEFATIO EDITIONI TERTIAE.

Haec editio tertia *Demosthenis* Olynthiacarum trium, Philippicae primae et de Pace ab iis, quas MDCCCXVIII et MDCCCXXIX curavi, editionibus eo differt, quod, restituto orationum ordine vulgato, harum ipsarum textum quem dicunt ad codicem Σ Parisinum saeculi decimi, quem primo *Immanuelis Bekkerus* contulit, denuo jussu *Guilielmi Dindorfii* a *Duebnero* collatum *) pressius quam olim redegi eamque legem mihi scripsi, ut quoad liceret et fieri posset hunc potissimum ducem sequerer: quod et ipsum, Bekkero cautius praeeunte, *Baiterum* et *Sauppium* in edit. Turic. 1841, *Frankium* in ed. novem Philipp. Lips. 1842, *Voemelium* in ed. Paris. 1843**), *Sauppium* in ed. Gothana 1845, G. *Dindorfium* in editione Oxoniensi 1846 fecisse confiteor. Et hic quidem de Graecis litteris meritissimus, qui pro eximia liberalitate suam ed. novissimam mecum communicavit, Praef. p. IX haec: „non dubitavi ad hujus potissimum codicis auctoritatem oratoris verba exigere et severiore quidem lege quam in ed. min. ante hos 18 annos alio consilio suscepta feceram: quanquam cavendum ab altera parte fuit, ne quae huic codici merito fides habetur in nimiam admirationem verteret.“ Cujus libri praestantissimi***) ratio quo subtilius indagaretur, ne minima quidem diversitas praetermissa est in adnotatione critica, qua simul editorum illorum diversae lectiones continentur: omissio indicat consensum, ita ut quam amplexi sint lectionem quamve respuerint appareat. Et Bekkeri quidem quatuor editiones, quas 1816, 1824, 1825 et 1835†), Voemelii duas 1829 et 1843 et G. Dindorfii duas 1825 et 1846 distinxi. Frankii

---

*) In adnotatione critica per „Σ apud Dindf.“ significavi lectiones hujus libri a Bekkero praetermissas.

**) Nolo repetere quae de Turicensi et Frankii editt. in N. Jen. A. Litz. Nr. 53 1844 et de Voemelii ed. in N. Jahrbb. f. Philol. 42, 3 p. 226 et 52, 1 p. 83 dixi; hoc extremo loco p. 86 exempla discriminis allata vides, quod est inter Bekkeri, Turic., Voemelii et Dindorfii editiones.

***) Consentiunt in hac laude maxime Voemelius in ed. Paris. praef. p. V, Sauppius ep. crit. ad Herm. p. 34 sq., paullum dissentit Weberus in ed. Aristocr. (Lips. 1845) praef. p. VIII, a Rehdantio in Jahrbb. f. Philol. 47, 2 p. 168 improbatus.

†) Editores praeter Voemelium et Funkhaenelium cum Frotschero (Olynth. Lips. 1834) quum in ed. 1824 acquiescerent, saepe Bekkeri esse dixerunt, quae Vir Summus 1825 et 1835 retractaverat.

denique et Turicensium ratio, a quibus Sauppius non nisi ubi notatum est differt, plerumque mihi probata fuit. Reliquorum autem nomina ut *Reuteri* (Phil. VIII. Aug. Vind. 1833), *Funkhaenelii*, *Frotscheri* (Or. d. Pac. Lips. 1831) et *Klinkmuelleri* (Phil. 1. Olynth. Pac. Sor. 1832) afferendi rarior copia data fuit, quippe Bekkero, novae aetatis lectionum Demosth. inclyto auctori, plurimis locis obtemperantium. Quoniam autem non meum fuit, artem criticam fusius factitare et codicum, de quorum notitia Voemelius quinque prolusionibus schol. (Francf. 1833—1836) praeclare meruit, varietates enotare et excutere, has rescidi et tantum hic illic in adnot. exegetica causam exposui. Varietatem lectionis e Codd. Par. α. β. Monacc. γ. δ. ε. ζ. η, Dresdensi, Gothano et Bodlejano conscriptam, ne fines hujus libri excedantur, alio loco edam.

Etenim quum eorum rationibus potissimum consultum esse vellem, qui vel superioribus gymnasiorum ordinibus adscripti vel philologorum castra sequuturi Demosthenis, principis oratorum Atticorum, opera non obiter legere, sed vel verborum vel rerum cognitione paullo accuratius imbui cuperent, multa quae olim tractaveram abjeci et quae graviora videbantur vel in commentar. historic. conscripta erant, suis locis disposui, saepe fretus eorum virorum auctoritate, qui ut *Boeckhius*, *Schoemannus*, C. F. *Hermannus*, *Wachsmuthius* (Hell. Alterthumsk. Zweite Ausg. Hal. 1844) de antiquitatibus Graecis commentati sunt: modo ne videar aliis justo plura, aliis pauciora dixisse!

Orator autem, qualis Demosthenes fuit rempublicam gerens, hujus ipsius rationibus ad dicendum permotus est: harum causas, quoad per consilium viresque licuit, exploravi in Prolegomenis, respiciens ea quae nuper a *Westermanno* meo et C. G. *Boekneckio* acutissime disputata sunt; in duplici Excursu brevissime scripto leges de Demosthene et Philippo quae his personis deberi videbantur. Tabula chronologica in calce libri adspersa rerum in adnotatione commemoratarum et expositionem et ordinem continet. Accurata autem diligentia b. A. G. *Beckeri* (Liter. d. Demosth. Quedlbg. 1834), hominis candore animi et exquisita doctrina ornatissimi, factum est ut de studiorum Demosthenicorum praesidiis agere supersederem. *Rostii* autem, viri celeberrimi, eam notavi grammaticam, quae in scholar. usum Gotting. 1844 prodiit.

Nihil denique prius, nihil antiquius habeo quam ut labor diu multumque in summo Oratore versatus fructu suo non omnino careat et ad ejus vim virtutemque, quae merito nostris hominibus enixe commendatur, et cognoscendam et imitandam aliquid valeat. Deus O. M. faxit!

Dresdae Non. Octbr. MDCCCXLVIII.

LIBANII

VITA DEMOSTHENIS.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

ΥΠΟΘΕΣΕΙΣ

ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ.

Pag.
Reisk.

1 1 Ἐπειδὴ, κράτιστε ἀνθυπάτων Μόντιε, κατὰ τὸν Ὁμηρικὸν Ἀστεροπαῖον περιδέξιος τὰ εἰς λόγους ὢν πρωτεύεις μὲν ἐν τῇ Ῥωμαίων φωνῇ καὶ τῆς παρ' ἐκείνοις παιδείας ὁμολογουμένως τὸ πρεσβεῖον ἀνήρησαι, ἀμελεῖς δὲ οὐδὲ τῆς Ἑλ-

ΛΙΒΑΝΙΟΥ *etc. hunc titulum habet ed. Dindf.* 1846, *reliquae:* Λιβανίου σοφιστοῦ πρὸς ἀνθύπατον Μόντιον ἀξιώσαντα αὐτὸν γράψαι τόν τε Δημοσθένους βίον καὶ τὰς ἁπάντων τῶν λόγων αὐτοῦ ὑποθέσεις.

Libanius (314—386 p. Chr.), Antiochiae natus, celeberrimus suae aetatis rhetor et philosophus, Athenis, Constantinopoli, Nicaeae, Nicomediae et Antiochiae artem dicendi docuit idemque fuit graece eruditissimus. Atqui ejus scribendi genus perspicuum quidem, sed exile et jejunum est: saepe enim et verba et structuras minus usitatas adhibet. Vid. praeter Harless. Introduct. hist. ling. gr. II, 1 p. 312 vitam Lib. ab ipso conscriptam, quam Reiskius editioni opp. Lib. praefixit, Westermann Gesch. d. gr. Bereds. I, p. 245 et 330. Schincke gr. Lit. p. 555. Graesse Allg. Litg. I, 2 p. 1286 et inprimis Commentatt. de Lib. P. I—IV, quas edid. F. C. Petersen Hafn. 1827 et 28. — Libanii libellus ὑπομνηματα continet, cfr. § 2. 9. 10.

§ 1. Proconsul *Montius*, quem Amm. Marc. XIV, 7, 12 quaestorem dicit, quum a. 353 Antiochiae interfectus esset, luculenter patet, hanc epistolam ante illud tempus scriptam fuisse. — *Asteropaeus*, utraque manu exercitatus, in proverbii locum abierat. Cfr. Hom. Il.

λικῆς, ἅτε καὶ ἐν αὐτῇ διὰ τὸ τῆς φύσεως μέγεθος ὑπερέχειν δυνάμενος, ἀλλὰ περί τε τοὺς ἄλλους διατρίβεις καὶ περὶ τὸν τελεώτατον τῶν Ἑλληνικῶν ῥητόρων, τὸν Δημοσθένην, καὶ δὴ καὶ ἠβουλήθης τὰς ὑποθέσεις τῶν τούτου
2 λόγων ἀναγράψασθαί σοι: δεχόμεθα μὲν ἄσμενοι τὸ πρόσταγμα (ἴσμεν γὰρ ὅτι πλείω τὴν τιμὴν ἢ πόνον ἔχει), ἀρξόμεθα δὲ τοῦ συντάγματος ἀπὸ τοῦ βίου τοῦ ῥήτορος, οὐχ ὅλον αὐτὸν διεξιόντες (περιττὸν γὰρ τοῦτο), ἀλλὰ τοσούτων 2
μνημονεύοντες, ὅσα δοκεῖ καὶ πρὸς κατάληψιν ἀκριβεστέραν τῶν λόγων συντελεῖν.
3 Δημοσθένει τοίνυν τῷ ῥήτορι πατὴρ ἦν Δημοσθένης, ἀνεπίληπτος τῷ γένει δοκῶν, ὡς καὶ Αἰσχίνης ἐχθρὸς ὢν

§ 1, 8. ἠβουλήθης, *rel. edd.* ἐβουλήθης. *Vid. adnot.*

XXI, 163, ubi Eustath. περιδέξιος explicat per ἀμφιδέξιος. H. Wolfius interpretatur: *ambidexter*. — τὰ εἰς λόγους refer ad *litteras* Romanas et Graecas, quarum statim mentio fit. Wolf. interpr. *in eloquentiae facultate*. De usu praepos. εἰς vid. Xen. Cyr. VI, 4. 5 τὰ εἰς πόλεμον et Matth. Gr. § 578 c. — ἀναιρεῖσθαι πρεσβεῖον τῆς παιδείας, *palmam obtinere doctrinae; ἡ παιδεία* complectitur omne studiorum et disciplinae genus. — ἅτε — δυνάμενος, quippe qui possis propter ingenii praestantiam in litteris graecis excellere. — διατρίβειν περί τι, *operam ponere* in aliqua re. Isocr. I, 3 περὶ τὸ κράτιστον τῆς φιλοσοφίας διατρίβουσι. Plenior structura est χρόνον s. βίον s. ψυχήν. Libanius περί similiter adhibuit infra § 10 et Arg. Cherson. § 3 m. ed. — ἠβουλήθης scripsi ex Aldina utraque cum H. Wolfio. Etenim quum hic scriptor plerumque huic verbo augm. temp. praefigat (vid. Voemelii Praefat. ad Dem. p. V), non probabilis est scriptura vulg. ἐβουλήθης. Idem statuit Schaeferus. Vid. Thom. M. p. 258 et Dem. V, 22. 23.

§ 2. πόνον ἔχει, *th se habet laborem* vid. ad Dem. II, 3. — σύνταγμα liber, in quo omnia suo describuntur ordine, Hesych. ἐκ λόγων τάγμα. Vid. § 7 συντετάχθαι. Nostri Graeci publicam suae civitatis rationem σύνταγμα appellant. — συντελεῖν de iis dicitur, qui conferunt vectigalia, tum de rebus, quae utilitatem praebent, h. l. *quae ad accuratam cognitionem pertinere videntur*.

§ 3. *Demosthenes*, natus Ol. 98, 4. (384 a. Ch.). Alii eum dicunt Ol. 99, 4, alii anno intermedio natum esse; mortuus est Ol. 114, 3 (322) anno aet. 62. De vita Dem. vitaeque scriptoribus vid. Exc. I, § 1 et 2. — ἀνεπίληπτος, Plut. vit. Dem. c. 4. haec: ἦν τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν. Fuit domus Demosth. *trierarchica* (XXVII, 64. ὁ ἐμὸς οἶκος τριηραρχεῖν εἰθισμένος) et nobilior Aeschine, nam ille

μαρτυρεῖ (εἴρηται γοῦν οὕτως αὐτοῖς ῥήμασι „τούτῳ πατὴρ ἦν Δημοσθένης ὁ Παιανεύς, ἀνὴρ ἐλεύθερος· οὐ γὰρ δεῖ ψεύδεσθαι"), ἐργαστήριον δὲ οἰκετῶν μαχαιροποιῶν κεκτημένος, ἐντεῦθεν τὴν τοῦ μαχαιροποιοῦ κλῆσιν ἔλαβε. τὸ μέντοι μητρῷον γένος τοῦ ῥήτορος οὐκ ἦν, ὡς φασι, καθαρῶς Ἀττικόν, Γύλωνος τοῦ πάππου τοῦ Δημοσθένους φυγόντος μὲν ἐξ Ἀθηνῶν ἐπὶ προδοσίας ἐγκλήματι, οἰκήσαντος δὲ περὶ τὸν Πόντον κἀκεῖ γυναῖκα ἀγαγομένου Σκύθην τὸ γένος, ἐξ ἧς ἦν τοῦ Δημοσθένους ἡ μήτηρ Κλεοβούλη. εἰς τοῦτο γοῦν ἄλλοι τε λελοιδορήκασι καὶ Αἰσχί- 4

§ 3, 5. ψεύδεσθαι *ex Aeschine cum Tur. et Dindf.*, ψεύσασθαι *Bk. Voem. et Dindf.* 1825. — §. 4, 4. ἀγαγομένου *conjec. H. Wolfius, quem edd. sequuti sunt. Vulg.* ἀγομένου.

XVIII, 10 dicit: εἰ δὲ πολλῷ βελτίω ἴστε με τούτου (Αἰσχ.) καὶ ἐκ βελτιόνων, e quo loco, ad quem vid. Dissen Coron. p. 171, et sexcentis aliis simultas utriusque apparet. — *Aeschinis* (389—314) verba leguntur III, 171 (in orat. c. Ctesiph. p. 561 ed. Reisk., p. 78, 13 Steph.) — Παιανιεύς, duplex pagus Paeaniensis in tribu Pandionia fuit, Παιανιὰ καθύπερθεν et ὑπένερθεν. De pagis s. demis Atticis vid. praeter *Leake* Demen v. Att. v. Westermann L. 1840 et *Ejusd.* Topographie Athens, v. Baiter u. Sauppe Zürich 1844. *Ross* die Demen v. Attika in ihrer Vertheilung unter die Phylen, v. Meier. Halle 1846, *Wachsmuth* Hell. Alterth. I, p. 544 ed. 2. scripta haec singularia: *Grotefend* de demis Att. Gott. 1829 et *Sauppe* de demis Athen. urbanis. Weim. 1846. — ἐργαστήριον, Plut. c. 4 haec de patre: ἐπεκαλεῖτο μαχαιροποιὸς ἐργαστήριον ἔχων μέγα καὶ δούλους τεχνίτας τοῦτο πράττοντας. De fructu officinae vid. Dem. XXVII, 4—6, e quo ipso loco patet, matrem Cleobulen in aedes patris 50 minas intulisse. Cf. Ranke in Ersch u. Gruber Encyc. XXIV p. 61.

§ 4. Quae de matre refert Lib., mutuatus est ex Aeschin. l. c., qui narrat, Gylonem prodidisse Nymphaeum [urbem Tauricam] et fugisse in Bosporum ibique Scythissam in matrimonium duxisse. Atqui Plut. l. c. dubitat, an hoc verum sit. — ἐπὶ — ἐγκλήματι, *propter* accusationem, cfr. § 9. ἐπὶ τοῖς λόγοις. Matth. Gr. gr. p. 859, et quae notata sunt ad IV, 51. — Πόντον, ex Aeschine patet, intelligendum Cimmerium Bosporum. vid. Steph. Byz. s. Πόντος p. 559. — εἰς τοῦτο, praepos. εἰς utuntur Graeci, *si qua res alicui vitio vertitur*, ita ut obtrectetur. Noster § 5 ἐσκώπτετο εἰς μαλακίαν. Plut. Dem. 4. εἰς τὸ σῶμα λέγεται σκωπτόμενος. Thuc. VIII, 88. βουλόμενος αὐτὸν εἰς

νης, εἰπὼν ὡς ἄρα εἴη Σκύθης, βάρβαρος ἑλληνίζων τῇ φωνῇ. περὶ μὲν οὖν τοῦ γένους αὐτοῦ τοσαῦτα εἰρήσθω· ὀρφανὸς δὲ καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς κομιδῇ νέος ἦν μέν, ὡς φασιν, ἀσθενὴς τῷ σώματι καὶ νοσώδης, ὥστε μηδὲ εἰς παλαίστραν φοιτῆσαι, καθάπερ πάντες οἱ τῶν Ἀθηναίων παῖδες εἰώθεσαν· ὅθεν καὶ ἀνδρωθεὶς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν εἰς μαλακίαν ἐσκώπτετο καὶ Βάτταλος ἐπωνυμίαν ἔσχεν. ἱστόρηται γάρ τινα Βάτταλον Ἐφέσιον αὐλητὴν γενέσθαι, ὃς πρῶτος ὑποδήμασι γυναικείοις ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐχρήσατο καὶ μέλεσι κατεαγόσι, καὶ ὅλως τὴν τέχνην ἐμάλθαξεν· ἀπὸ τούτου δὲ τοὺς ἐκλύτους καὶ ἀνάνδρους Βαττάλους ἐκάλουν.

6 Λέγεται δὲ τὸν Δημοσθένην τὴν πολλὴν καὶ σφοδρὰν

§ 5, 6, 7 *et* 10. Βάτταλον] Βάταλον ***Bk. Tur. Voem. Dindf.*** **1825.** ***Vid. adnot.***

Ἀθηναίων φιλίαν διαβάλλειν. Cf. Duk. ad h. l. Aeschines hanc rem commemorat III, 172 addens: ὅθεν καὶ τὴν πονηρίαν οὐκ ἐπιχώριός ἐστι.

§ 5. κομιδῇ νέος, egit enim annum septimum, quum pater decederet, XXVII, 14. Plut. 4 et Pseudoplut., cujus verba init. libelli haec sunt: καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτῶν ἑπτά. — ἀσθενής, Plutarchus l. c. haec: ἦν ἐξ ἀρχῆς κάτισχνος καὶ νοσώδης. — ἀνδρωθείς, Suid. ἡνδρωμένος explicat per ηὐξημένος; est haec vox potissimum seriorum scriptorum. — εἰώθεσαν, cfr. Lucian. Anach. c. 11, Becker Charikles I, p. 309 sq. Krause Darstellung der Gymn. d. Hellenen. Halle 1835. — Βάτταλος Dem. dictus fuit vel a tibicine Ephesio (Wachsmuth H. A. II, 732) vel a nutrice sua propter quandam virium imbecillitatem, vel propter molliorem vestitum. Haec refert Pseudoplut. p. 847 (p. 79 ed. West.). Cf. Aeschin. II, 99 coll. I, 126. 131. Ipse Dem. XVIII, 180 adversarium hunc convicii illius auctorem accusat; vid. Dissen ad h. l. p. 349. Quo quidem loco quum Σ praebeat Βάτταλος, hanc scripturam cum Dindorfio Thes. Steph. II, 1 p. 186 probavi, assentiens Schaefero, qui (App. II, 251) nomen illud ad vitium pronuntiationis (Βάττος) refert. Item Ranke l. l. p. 64. Plut. c. 4 et Suida s. v. testibus orator ob morosam et amaram indolem etiam *Argas* vocatus est. — μέλεα κατεαγ carmina fracta i. e. *carminum modi enervati.* Suidas: κεκλασμένα, addens: αὕτη ἡ προθυμία ἐνίοις τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων καὶ διεφθαρμένων τὰς διανοίας, εἰς κωμῳδίαν ἐτράπη καὶ γέλωτα πολύν. Cfr. Hesych. s. v. Ἰωνικόν.

ἐπὶ λόγους ὁρμὴν ἐντεῦθεν σχεῖν. Καλλίστρατος ἦν Ἀθηναῖος ῥήτωρ ἔνδοξος· οὗτος ἔμελλε δημοσίαν τινὰ δίκην ἀγωνίζεσθαι, φασίν, οἶμαι, τὴν περὶ Ὠρωποῦ. ὁ τοίνυν Δημοσθένης παῖς ὢν ἐδεῖτο τοῦ ἐφεστῶτος οἰκέτου συγχωρῆσαι παραβαλεῖν αὐτῷ τῇ δίκῃ· καὶ ὃς ἐπέτρεψεν. ἀκούσας δὲ οὕτω διετέθη, ὥστε ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας πάντα

§ 6, 6. *αὐτῷ*] *αὐτῶ Turicc. Vid. ad Dem. I, 5.*

§6. *ἐπὶ λόγους ὁρμὴν* negligentius scripsit Libanius pro *ἐπὶ τοὺς λόγ.*, nisi cum ed. Bekk. Oxon. (nam a ceteris ejusd. edd. articulus abest) et Schaefero hunc inseras e cod. Bav.; certe in fine hujus §. legitur. — ***Callistratus,*** Callicratis filius, Aphidnaeus, facundissimus suae memoriae ***orator,*** in accusando praecipue acerbus, idemque dux fortissimus fuit. **Dem. XVIII, 219. 297. Jam Aesch. II, 124 quum dicat hunc oratorem aequiparandum esse Leostheni, hujus nomen cum Demosthene confudit Voemelius in com. p. 9. Cfr. Ruhnken. in Reisk. Orr. VIII, 140. Boeckh Staatsh. I, 246. 448. Westermann Gesch. d. griech. Beredts. § 45, n. 17—19 et Wachsmuth H. A. I, 659. —** *τὴν περὶ Ὠρωποῦ*, ***publica causa*** (*δίκη*, quam Plut. c. 5 *κρίσιν*) haec fuit. Oropus (nunc Ropo) oppidum fuit inter Tanagram et Atticam in ditione Attica situm (Thuc. II, 23), itaque saepe in controversiam vocatum, quae non prius cessabat, quam Philippus illud, Thebanis ademptum, Atheniensibus redderet. Pausan. I, 34, 1. Hoc tempore (Ol. 103, 3) Themiso et Theodorus, Eretrienses, collecta manu Oropum in suam vel potius Atheniensium redegerunt potestatem. Hi quum aliis turbis occupati oppidum per se obtinere non possent, auctoribus, ut videtur, Chabria et Callistrato Thebanorum fidei illud commiserunt, qui reddere nolebant. Philostratus litem illis viris intendit, qui jam causam (Oropicam) dicebant. Diod. Sic. XV, 76. Xen. Hell. VII, 4, 1. Aesch. III, 84. Dem. XVIII, 99. XXI, 64. Spalding ad Mid. p. 42 ed. Buttm. Winiewski com. hist. et chron. p. 27 sq. Utrum Libanio fides sit habenda, disputatur in Exc. I, § 2. — *ἐδεῖτο*, etenim audiverat inter magistros convenisse, ut propter oratoris facultatem et causae celebritatem judicio interessent. Plut. c. 5 cum Pseudoplut. init. *οἰκέτην* vocat *παιδάγωγον*. — *συγχ. παραβ. αὐτῷ*, ipsi concedere, ut adesset causae. Schaeferus *αὐτῷ* post *συγχ.* collocari vult, neque injuria. — *καὶ ὅς*, *tum ille.* vid. Arg. or. de Cherson. § 2. *καὶ ὃς ἐπιστέλλει* cf. Herm. ad Vig. p. 706 sq. — *διατιθέναι*, *aliquem aliquo modo afficere.* Isocr. IV, 162. Cf. F. A. Wolf. ad Lept. p. 240 et Zeun. ad Vig. p. 300. Plut. l. c. tradit, Demosthenem tanta Callistrati, quem summis honoribus excipi videbat, admiratione fuisse adfectum, ut, omnibus aliis rebus missis, se totum ad artem dicendi conferret. Idem Gellius N. A. III, 13. Ammian. XXX, 4.

νης, εἰπὼν ὡς ἄρα εἴη Σκύθης, βάρβαρος ἑλληνίζων τῇ φωνῇ. περὶ μὲν οὖν τοῦ γένους αὐτοῦ τοσαῦτα εἰρήσθω· ὀρφανὸς δὲ καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς κομιδῇ νέος ἦν μέν, ὥς φασιν, ἀσθενὴς τῷ σώματι καὶ νοσώδης, ὥστε μηδὲ εἰς παλαίστραν φοιτῆσαι, καθάπερ πάντες οἱ τῶν Ἀθηναίων παῖδες εἰώθεσαν· ὅθεν καὶ ἀνδρωθεὶς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν εἰς μαλακίαν ἐσκώπτετο καὶ Βάτταλος ἐπωνυμίαν ἔσχεν. ἱστόρηται γάρ τινα Βάτταλον Ἐφέσιον αὐλητὴν γενέσθαι, ὃς πρῶτος ὑποδήμασι γυναικείοις ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐχρήσατο καὶ μέλεσι κατεαγόσι, καὶ ὅλως τὴν τέχνην ἐμάλθαξεν· ἀπὸ τούτου δὲ τοὺς ἐκλύτους καὶ ἀνάνδρους Βαττάλους ἐκάλουν.

6 Λέγεται δὲ τὸν Δημοσθένην τὴν πολλὴν καὶ σφοδρὰν

§ 5, 6, 7 *et* 10. Βάτταλον] Βάταλον **Bk. Tur. Voem. Dindf. 1825.** *Vid. adnot.*

Ἀθηναίων φιλίαν διαβάλλειν. Cf. Duk. ad h. l. Aeschines hanc rem commemorat III, 172 addens: ὅθεν καὶ τὴν πονηρίαν οὐκ ἐπιχώριός ἐστι.

§ 5. κομιδῇ νέος, egit enim annum septimum, quum pater decederet, XXVII, 14. Plut. 4 et Pseudoplut., cujus verba init. libelli haec sunt: καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτῶν ἑπτά. — ἀσθενής, Plutarchus l. c. haec: ἦν ἐξ ἀρχῆς κάτισχνος καὶ νοσώδης. — ἀνδρωθείς, Suid. ἡβρωμένος explicat per ἠὐξημένος; est haec vox potissimum seriorum scriptorum. — εἰώθεσαν, cfr. Lucian. Anach. c. 11, Becker Charikles I, p. 309 sq. Krause Darstellung der Gymn. d. Hellenen. Halle 1835. — Βάτταλος Dem. dictus fuit vel a tibicine Ephesio (Wachsmuth H. A. II, 732) vel a nutrice sua propter quandam virium imbecillitatem, vel propter molliorem vestitum. Haec refert Pseudoplut. p. 847 (p. 79 ed. West.). Cf. Aeschin. II, 99 coll. I, 126. 131. Ipse Dem. XVIII, 180 adversarium hunc convicii illius auctorem accusat; vid. Dissen ad h. l. p. 349. Quo quidem loco quum Σ praebeat Βάτταλος, hanc scripturam cum Dindorfio Thes. Steph. II, 1 p. 186 probavi, assentiens Schaefero, qui (App. II, 251) nomen illud ad vitium pronuntiationis (Βάττος) refert. Item Ranke l. l. p. 64. Plut. c. 4 et Suida s. v. testibus orator ob morosam et amaram indolem etiam *Argas* vocatus est. — μέλεα κατεαγ carmina fracta i. e. *carminum modi enervati.* Suidas: κεκλασμένα, addens: αὕτη ἡ προθυμία ἐνίοις τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων καὶ διεφθαρμένων τὰς διανοίας, εἰς κωμῳδίαν ἐτράπη καὶ γέλωτα πολύν. Cfr. Hesych. s. v. Ἰωνικόν.

ἐπὶ λόγους ὁρμὴν ἐντεῦθεν σχεῖν. Καλλίστρατος ἦν Ἀθηναῖος ῥήτωρ ἔνδοξος· οὗτος ἔμελλε δημοσίαν τινὰ δίκην ἀγωνίζεσθαι, φασίν, οἶμαι, τὴν περὶ Ὠρωποῦ. ὁ τοίνυν Δημοσθένης παῖς ὢν ἐδεῖτο τοῦ ἐφεστῶτος οἰκέτου συγχωρῆσαι παραβαλεῖν αὐτῷ τῇ δίκῃ· καὶ ὃς ἐπέτρεψεν. ἀκούσας δὲ οὕτω διετέθη, ὥστε ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας πάντα

§ 6, 6. *αὐτῷ*] *αὐτῶ Turicc. Vid. ad Dem. I, 5.*

§ 6. *ἐπὶ λόγους ὁρμὴν* negligentius scripsit Libanius pro *ἐπὶ τοὺς λόγ.*, nisi cum ed. Bekk. Oxon. (nam a ceteris ejusd. edd. articulus abest) et Schaefero hunc inseras e cod. Bav.; certe in fine hujus §. legitur. — *Callistratus*, Callicratis filius, Aphidnaeus, facundissimus suae memoriae orator, in accusando praecipue acerbus, idemque dux fortissimus fuit. Dem. XVIII, 219. 297. Jam Aesch. II, 124 quum dicat hunc oratorem aequiparandum esse Leostheni, hujus nomen cum Demosthene confudit Voemelius in com. p. 9. Cfr. Ruhnken. in Reisk. Orr. VIII, 140. Boeckh Staatsh. I, 246. 448. Westermann Gesch. d. griech. Beredts. § 45, n. 17—19 et Wachsmuth H. A. I, 659. — *τὴν περὶ Ὠρωποῦ*, *publica causa* (*δίκη*, quam Plut. c. 5 *κρίσιν*) haec fuit. Oropus (nunc Ropo) oppidum fuit inter Tanagram et Atticam in ditione Attica situm (Thuc. II, 23), itaque saepe in controversiam vocatum, quae non prius cessabat, quam Philippus illud, Thebanis ademptum, Atheniensibus redderet. Pausan. I, 34, 1. Hoc tempore (Ol. 103, 3) Themiso et Theodorus, Eretrienses, collecta manu Oropum in suam vel potius Atheniensium redegerunt potestatem. Hi quum aliis turbis occupati oppidum per se obtinere non possent, auctoribus, ut videtur, Chabria et Callistrato Thebanorum fidei illud commiserunt, qui reddere nolebant. Philostratus litem illis viris intendit, qui jam causam (Oropicam) dicebant. Diod. Sic. XV, 76. Xen. Hell. VII, 4, 1. Aesch. III, 84. Dem. XVIII, 99. XXI, 64. Spalding ad Mid. p. 42 ed. Buttm. Winiewski com. hist. et chron. p. 27 sq. Utrum Libanio fides sit habenda, disputatur in Exc. I, § 2. — *ἐδεῖτο*, etenim audiverat inter magistros convenisse, ut propter oratoris facultatem et causae celebritatem judicio interessent. Plut. c. 5 cum Pseudoplut. init. *οἰκέτην* vocat *παιδάγωγον*. — *συγχ. παραβ. αὐτῷ*, ipsi concedere, ut adesset causae. Schaeferus *αὐτῷ* post *συγχ.* collocari vult, neque injuria. — *καὶ ὅς*, *tum ille*. vid. Arg. or. de Cherson. § 2. *καὶ ὃς ἐπιστέλλει* cf. Herm. ad Vig. p. 706 sq. — *διατιθέναι*, *aliquem aliquo modo afficere*. Isocr. IV, 162. Cf. F. A. Wolf. ad Lept. p. 240 et Zeun. ad Vig. p. 300. Plut. l. c. tradit, Demosthenem tanta Callistrati, quem summis honoribus excipi videbat, admiratione fuisse adfectum, ut, omnibus aliis rebus missis, se totum ad artem dicendi conferret. Idem Gellius N. A. III, 13. Ammian. XXX, 4.

7 πάρεργα πρὸς τοὺς λόγους θέσθαι. διδασκάλῳ δὲ χρησάμενος Ἰσαίῳ μάλα δεινῷ ῥήτορι, εἰς ἄνδρας ἐγγραφεὶς εὐθὺς ἀγῶνα κατὰ τῶν ἐπιτρόπων ἐνεστήσατο, κακῶς διοικηκότων τὴν οὐσίαν αὐτοῦ. καὶ εἶλε μὲν αὐτούς· οὐ μὴν ἠδυνήθη πάντα ἀπολαβεῖν ὅσα ἀπολωλέκει. τοὺς δὲ λόγους τοὺς ἐπιτροπικοὺς εἰσὶν οἵ φασιν Ἰσαίου καὶ οὐ Δημοσθέ-

§ 7, 5. ἀπολωλέκει *dedi e conj. Bekkeri ex ejus edd.* 1816. 25. 35. *cum Tur. et Dindf., qui* 1825 *cum Bekk.* 1824 *vulg.* ἀπολώλεκε *retinuerat; eandem Voem.*

§ 7. Ἰσαίῳ. Isaeus floruit 420—356. a. Chr. Westerm. G. d. g. B. § 51. Restant XI orationes, quas Schoemann edid. Gryph. 1831. Vid. Dionys. Hal. „de Isaeo“ (Opp. T. V. ed. R.), qui c. 3 dicit: „ἡ Ἰσαίου λέξις καθαρὰ μὲν καὶ ἀκριβὴς καὶ σαφής, κυρία τε καὶ ἐναργὴς καὶ σύντομος· πρὸς δὲ τούτοις πιθανή τε καὶ πρέπουσα τοῖς ὑποκειμένοις.“ Paullo infra: „πηγή τις ὄντως ἐστὶ τῆς Δημοσθένους δυνάμεως.“ Pseudopl. p. 844 C (p. 69. West.) dicit quatuor annos Demosthenem hac disciplina usum fuisse. Vid. § 8. ibique notata. — De ceteris Oratoris praeceptoribus cfr. Suid. s. Δημ., Plut. c. 5. Voemel. p. 12. Ranke l. l. p. 66. Westermann in Pauly Real-Enc. II p. 960. — εἰς ἄνδρας ἐγγρ., solebant juvenes Athenienses XVIII annos nati in album civium (ληξιαρχικὸν γραμματεῖον) recipi (ἐγγράφεσθαι). Vid. Exc. I § 2. — ἀγῶνα — ἐνεστήσατο, *litem instituit.* Dem. XVIII, 4 dicit: ὁ τοιοῦτον ἀγῶνα ἐνστησάμενος. Lycurg. § 31. Tutores a patre praescripti erant Aphobus, Demophon, Therippides: qui quum XIV talenta tractassent, post decennem curam LXX minas Demostheni reddiderunt; quare hic actionem X talentorum iis scripsit. Cfr. Dem. XXVII, 15. 16. XXX, 6. Westermann de litibus, quas Dem. oravit. Lips. 1834 egit de *lite tutoria* p. 5—18. Idem in Pauly Real-Enc. II, 959. Voemel über die Vormundschaftsrechnung des Dem. im Rhein. Mus. III, 3 p. 434 sqq. Tutelam ad proximos cognatos pertinuisse docent Schoemann ad Isae. p. 180 et Wachsmuth II, 130. Cfr. Schmeisser de re tutelari Atheniensium. Friburg. 1829. — ἀπολωλέκει, Aphobus damnatus quum nihil aequi facere posset, Dem. in possessionem bonorum ejus venit, sed amissa non recuperaverat. — λόγους, *tutoriae* orationes extant *tres* in Aphobum (secundum numeros XXVII. XXVIII. XXIX) et *duae* in Onetorem (XXX. XXXI): hic enim, cujus soror Aphobo nupta fuerat, Demosthenem e fundo vi ejecit. Has duas Oratoris nostri esse negat Boeckh Staatsh. II, 417. Vid. A. G. Becker Dem. als Staatsm. u. Redner p. 415 sqq. Principem illae quinque orationes tenent locum adnotatione illustratae in Dem. Orr.

νους εἶναι, διὰ τὴν ἡλικίαν τοῦ ῥήτορος ἀπιστοῦντες (ὀκτωκαίδεκα γὰρ ἐτῶν ἦν, ὅτε πρὸς τούτους ἠγωνίζετο) καὶ ὅτι δοκοῦσιν οἱ λόγοι τὸ τοῦ Ἰσαίου πως ἐπιφαίνειν εἶδος. ἕτεροι δὲ νομίζουσι συντετάχθαι μὲν ὑπὸ Δημοσθένους, διωρθῶσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ Ἰσαίου. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ ὁ 8
Δημοσθένης ἠδύνατο μὲν κἀπ' ἐκείνης τῆς ἡλικίας συγγράφειν τοιούτους λόγους (ἡ γὰρ ὕστερον ὑπεροχὴ καὶ τοῦτο πιστοῦται), ἀπὸ δὲ νεαρᾶς ἔτι τῆς ἀσκήσεως τῆς ὑπὸ τῷ διδασκάλῳ τὸν ἐκείνου χαρακτῆρα πολλαχῆ μεμίμηται. μετὰ μέντοι τούτους τοὺς ἀγῶνας βραχὺ τῇ ἡλικίᾳ προελθὼν σοφιστεύειν ἐνεχείρησεν, εἶτα ἀπαλλαγεὶς τούτου συνηγόρησεν ἐν δικαστηρίῳ. τούτοις δὲ ὥσπερ γυμνασίοις

§ 7, 10. *διωρθῶσθαι conj. H. Wolfius, quem omnes edd. sequuti sunt. Vulg.* διορθοῦσθαι. — **§ 8, 2.** *κἀπ' cum Dindf., qui* **1825**, *ut ceteri edd., cum vulg.* καὶ ἀπ' *scripserat.*

sel. ed. Bremi. Goth. 1829. — *ὀκτωκαίδεκα*, Ol. 104,1; recte, si quidem Dem. Ol. 99, 4 natus fuit, sin minus, Libanius in errorem se induci passus est, quem ne Quintiliani (I, 6, 1) quidem verba tollunt dicentis, Demosthenem puerum admodum pupillares actiones habuisse. Vid. Exc. I, § 2. — *διορθοῦσθαι* de scriptis in meliorem formam redactis et correctis dicitur. Plut. Alex. c. 8. Alcib. c. 7.

§ 8. *θαυμαστὸν, εἰ*, non solum *θαυμάζω* construitur sequente *εἰ* (Matth. § 608. Rost § 180. n. 2), sed omnino ea verba, quae eum animi affectum exprimunt, ex quo aliquid fiat aut factum sit, quod non exspectaveris aut optaveris, ut *ἀγανακτέω* in Plat. Crit. 1. *πλημμελὲς εἴη ἀγανακτεῖν, εἰ δεῖ τελευτᾶν.* — *κἀπ' ἐκείνης* i. e. *καὶ ἐπ' ἐκ. jam illo tempore.* Ante Dindorfium etiam Sauppius *ἐπ'* pro *ἀπ'* conjecerat. — *ἡ ὕστερον ὑπεροχὴ, excellentia qua postea floruit.* Vig. p. 376 a. — *ἀπὸ τῆς νεαρ. ἀσκ., propter* recentem exercitationem, vid. Matth. Gr. II, p. 1130. — *μεμίμηται*, cfr. Dionysii verba de Isaeo supra allata et Schoemann ad Isae. p. 381 et 385. Neque hoc praetermittendum, quod hic orator potissimum in re hereditaria versatus fuerit, ita ut maxime orr. tutoriae speciem referant Isaei. — *σοφιστεύειν, artem dicendi docere.* Plut. Dem. c. 24 fin. Suidas dicit, Demosthenem instituto renuntiasse propter calumniam de Moschi filio, nobili adolescente, ortam. Ceterum ex narratione Libanii conjicio, illud munus pertinere ad Olymp. CV. — *συνηγορεῖν, causas agere*, Dem. LI, 18. Erat enim *τῶν συνηγόρων*, alios defendere iisque in loco judicii adesse (*ἐν δικαστηρίῳ*). Meier u. Schoemann Att. Proc. p. 142. 708.

χρησάμενος ἐπὶ τὸ δημαγωγεῖν καὶ τὰ τῆς πόλεως πράττειν ἦλθεν.

9 Ἔτι κἀκείνων μνημονευτέον, ὅτι τραυλὸς μὲν ἦν τὴν γλῶτταν ἐκ φύσεως, τὸ δὲ πνεῦμα ἀτονώτερος· ἐξ ὧν ἀμφοτέρων συνέβαινε φαυλοτάτην αὐτὸν τὴν ὑπόκρισιν παρεχόμενον οὐκ εὐδοκιμεῖν τὸ κατ' ἀρχὰς ἐπὶ τοῖς λόγοις. διὸ καὶ πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα. „τί ἐστὶ ῥητορική," ἀπεκρίνατο ὅτι „ὑπόκρισις", δυσχεραίνων ὅτι διὰ ταύτην τῶν χειρόνων ἥττων ἐφαίνετο. ἀλλὰ καὶ ταῦτα μελέτῃ κατώρθωσε καὶ ὅσα ἄλλα αὐτῷ πρὸς δημαγωγίαν ὑπῆν ἐλαττώματα. καὶ γὰρ δειλὸς ἦν τὸ πρῶτον πρὸς τοὺς τοῦ δήμου θορύβους

Schoem. de com. Ath. p. 108 et antiq. publ. jur. Graec. p. 268. — *γυμνασίοις* ad ipsam rationem, qua vires exercentur, Liban. refert ut Xen. Oec. 10, 11: *ἀγαθὸν γυμνάσιον καὶ τὸ δεῦσαι καὶ τὸ μάξαι.*

§ 9. *τραυλὸς ἦν τὴν γλῶτταν*, **balbutiebat lingua.** Plut. c. 6 haec: *ἦν τις καὶ φωνῆς ἀσθένεια καὶ γλώττης ἀσάφεια καὶ πνεύματος κολοβότης.* Vid. Ranke l. l. p. 70. Ad rem cfr. Cicer. Brut. 91. „erat eo tempore in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis, procerum et tenue collum: qui habitus et quae figura non procul abesse videtur a vitae periculo". — *ὅτι* in initio orationis directae. Plat. Apol. S. p. 21 C. Men. p. 74 D. 75 A. Dem. VIII, 31. Vig. p. 548. — *ὑπόκρισις* non solum significat *gestum histrionis*, sed etiam *actionem oratoris.* vid. Ernest. lexic. gr. rhet. s. h. v. — *ἐπὶ τοῖς λόγοις*, male audiebat *ob dicendum.* *ἐπὶ*, ut *ἐπὶ προδοσίᾳ ἐγκλήματι* supra § 4. Plut. c. 7 narrat, Demosthenem iniquo concionum suarum successu vehementer dolentem ab histrione quodam Satyro erectum et maxime *actionem* edoctum fuisse. Hinc dicit Dionys. d. adm. vi Dem. c. 53: „ταύτης δή φημι τῆς ἀρετῆς (τῆς ὑποκρίσεως) *πάνυ δεῖν τοῖς ἐναγωνίοις λόγοις, εἰ μέλλουσιν ἕξειν παλὺ τὸ ἀληθινὸν καὶ ἔμψυχον, ἧς πλείστην ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων πρόνοιαν ἔσχεν οὗτος ὁ ἀνήρ.* Cicer. Orat. c. 17. „non sine caussa Demosthenes tribuit et primas et secundas et tertias *actioni.*" Quintil. XI, 3, 6. Jenisch Parall. d. Dem. u. Cic. p. 115 sqq. — *ἥττων ἐφαίνετο*, nam Plut. c. 6 refert: *κατεγελᾶτο δὲ ἀήθειαν τοῦ λόγου.* — *κατώρθωσε* Demosth. indefesso et summo cum studio elaboravit in vitiis emendandis: Plut. c. 11. Lucian. encom. Dem. c. 13. Cic. d. Or. I, 61. Val. Max. VIII, 7. Ipse orator XXI, 191: *ἐσκεμμένα καὶ παρεσκευασμένα πάντα λέγω.* Per *ἐλαττώματα* intelliguntur *incommoda ex defectu aliquo orta.* Plut. c. 11. similiter haec: *τοῖς δὲ σωματικοῖς ἐλαττώμασι τοιαύτην ἐπῆγεν ἄσκησιν.* — *δειλὸς πρὸς τοὺς — θορύβους* vocatur is, qui veretur, ut plebis tumultus sustineat. Demosth. XIX, 206. di-

καὶ εὐκατάπληκτος, ὥστε εὐθὺς ἐξίστασθαι. διὰ δὲ τοῦτό φασιν αὐτὸν ἄνεμον ῥαγδαῖον τηροῦντα καὶ κινουμένην σφοδρῶς τὴν θάλατταν, παρὰ τοὺς αἰγιαλοὺς βαδίζοντα λέγειν, καὶ τῷ τῆς θαλάττης ἤχῳ συνεθίζεσθαι φέρειν τὰς τοῦ δήμου καταβοάς. μνημονεύονται δὲ αὐτοῦ καὶ οἰκή- 10
σεις κατάγειοι καὶ ξυρήσεις ἀπρεπεῖς, ἵνα δι' αἰσχύνην μὴ προΐοι τοῦ τῆς οἰκίας δωματίου, καὶ ὡς οὐδὲ τὰς νύκτας ἐκάθευδεν, ἀλλὰ διεπονεῖτο πρὸς φῶς περὶ λόγους, ὅθεν καὶ Πυθέας σκώπτων ἔφη τοὺς λόγους τοῦ Δημοσθένους λύχνων ἀπόζειν. πρὸς ὃν ὁ Δημοσθένης ἀστείως ἅμα καὶ 9
πικρῶς· „οἶδα," εἶπεν, „ὅτι σε λυπῶ λύχνον καίων." διεβέ-
βλητο γὰρ ὡς λωποδυτῶν νύκτωρ ὁ Πυθέας. καὶ μὴν ὅτι 11

cit: τίνα δ' ἄτολμον καὶ δειλὸν πρὸς τοὺς ὄχλους φασὶν εἶναι, ἐγὼ δ' εὐλαβῆ; ἐμέ. — ἐξίστασθαι, *perculsum discedere.* Hesych. καταπλήττεσθαι. — ῥαγδαῖος plerumque ad ventos et imbres transfertur, vid. Suid. s. v. — θάλατταν, comma post h. v. olim a me scriptum expunxere ceteri edd., Dindf. nuper restituit. — καταβοάς, „vox a Thuc. usurpata, sed a Dion. Hal. (VI, 794) inter γλωσσηματικὰς καὶ ἀπηρχαιομένας relata. Haec glossematica tantopere placuerunt posteriorum Sophistis temporum, ut iis tanquam gemmis orationem suam distingue-rent" *Schaef.* Vid. Quintil. X, 3, 30. Cic. Fin. V, 2, 5.

§ 10. Quae de subterraneo habitaculo et tonsione dicit, ea narrat Plut. c. 7, dubitat Ranke l. l. — ἵνα — δωματίου, optativ. (προΐοι) ponitur, quoniam in enunciatione praecedente inest ratio temporis praeteriti: dicitur sub terra *habitasse.* Xen. Anab. I, 10, 18. II, 3, 13. Herm. ad Vig. 850. Herodi. 1, 17. ἵνα δὴ παίζειν ἔχοι, πρόεισι τοῦ οἴκου: quo quidem loco etiam usus genit. cum προϊέναι confirmatur. — πρὸς φῶς, *ad lucernam.* πρός de tempore. Xen. Hell. V, 1, 9. ναυμαχίας δὲ πρὸς σελήνην γενομένης. — Πυθέας, hic Pytheas, popularitatis simulator, homo impurae et libidinosae vitae fuit. Demosth. in ep. III. p. 1481, 14. (ed. Reisk., T. II p. 642, 30 ed. Bekk.) eum vocat τὸν μέχρι τῆς παρόδου δημοτικὸν, μετὰ ταῦτα δ' ἕτοιμον εἰς τὰ καθ' ὑμῶν πάντα. Plut. Phoc. c. 21. Πυθέας λάλος καὶ θρασύς. Cfr. Ruhnk. ad Rutil. L. p. 40. Omnino Liban. h. l. duas narrationes confudit, quas habet Plut. Dem. c. 8 et 11. Etenim illic refert, Pytheam dixisse: ἐλλυχνίων ὄζειν αὐτοῦ (Δημοσθ.) τὰ ἐνθυμήματα, altero autem loco Chalco cuidam furi lucubrationes Demosthenis aegre ferenti respondet hic: „οἶδα ὅτι σε λυπῶ λύχνον καίων." — ὡς λωποδυτῶν, ὡς adjunctum participiis indicat, rem illam, quae describitur, ita ab aliis fuisse mente conceptam, ut ex participio intelligitur. Plut. Crit. c. 4. οἱ συκοφάνται ἡμῖν πράγματα παρέχουσιν ὡς σε ἐνθένδε ἐκπλέψαντα.

γε ὕδωρ ἐπετήδευε πίνειν, ἵνα ἐγρηγορυῖαν μᾶλλον παρέχηται τὴν διάνοιαν, ἅπασιν ὡμολόγηται· παρειλήφαμεν δὲ κἀκεῖνο, ὡς καὶ ξίφος ποτὲ ἐκ τῆς ὀροφῆς ἀπήρτησε καὶ ἱστάμενος ὑπὸ τοῦτο ἔλεγεν. ἐποίει δὲ τοῦτο δι' αἰτίαν τοιαύτην: ἐν τῷ λέγειν ἀπρεπῶς τὸν ὦμον εἰώθει κινεῖν· ὑπερεκρέμασεν οὖν τοῦ ὤμου τὸ ξίφος ἐν χρῷ, καὶ οὕτω τῷ δέει τῆς πληγῆς ἠδυνήθη κατασχεῖν ἑαυτὸν ἐπὶ τοῦ πρέποντος σχήματος.

12 Ἀναγκαῖον δὲ διηγήσασθαι καὶ ὅπως εἶχε τά τε τῶν Ἑλλήνων καὶ τὰ τῶν Ἀθηναίων πράγματα, ὅτε ἐπὶ τὸ δημαγωγεῖν ἦλθε Δημοσθένης. Θηβαῖοι Λακεδαιμονίους ἄρχοντας τῶν Ἑλλήνων καὶ μεγίστην δύναμιν ἔχοντας ἐν

§ 11, 2. ὅτι γε *e conject. Schaeferi, quem omnes edd. sequuti sunt praeter Bekkerum, qui cum vulg.* ὅτι τε *scripsit.* — 8. ἠδυνήθη *cum Voem. et Dindf., quorum hic* 1825 *et ille* 1829 *dederant, quod Bekk. et Tur. retinuerunt,* ἐδυνήθη, *vid.* § 7.

adde Demosth. IV, 13 ὡς ἐγνωκότων etc. Viger. p. 559. et Herm. p. 852. λωπυδυτῶν quid sit, fusius expositum ad IV, 47.

§ 11. καὶ μήν transitum parat priora asseverantis. Hoogev. de partic. p. 398. Ast ad vers. germ. Plat. Conviv. p. 279 et Voemel. ad h. l. Dem. VI, 30 haec: οὐκ εἰῶν προέσθαι Πύλας οὐδὲ Φωκέας, λέγοντας ὡς ἐγὼ ὕφωρ πίνων δύσκολος καὶ δύστροπός εἰμι τις ἄνθρωπος. In hanc rem narrat Lucian. Demadem dixisse: ὡς οἱ μὲν ἄλλοι πρὸς ὕδωρ λέγοιεν, τὸν Δημοσθένην δὲ πρὸς ὕδωρ γράφειν. — ἵνα — παρέχηται, conjunct. post tempus praeteritum ponitur, si res non talis describitur, quae fieri possit, sed quae vere fiat. cf. Matth. Gr. gr. § 518., Poppo ad Thuc. I, 1 p. 141., nisi quis nostrum scriptorem minus accuratum dicat in temporum ordine sese excipientium servando. Vid. Arg. Olynth. I, 5 ἵνα δὲ μὴ δοκῶσι etc. — ἐκ τῆς ὀροφῆς, ὀροφή tectum intra parietes inclusum. Poll. I, 80. τὸ ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν ὀροφὴ καλεῖται. Pseudopl. p. 844 (p. 71 West.) haec narrat: λέγουσι δ' αὐτὸν — τὸν ὦμον ἐν τῷ μελετᾶν κινοῦντα ἀπρεπῶς καταπαῦσαι παραρτήσαντα ὀβέλισκον ἢ ὥς τινες ξιφίδιον ἐκ τῆς ὀροφῆς. — ἐν χρῷ, ut extremam cutem attingeret. Vid. Orvill. ad Char. p. 418.

§ 12. τά τε τῶν Ἑλλήνων καὶ, haec verba neque apud Wolf. neque apud Augerium leguntur; neuter omissionis rationem reddidit: a Codd. et cett. edd. non absunt. — ὅτε ἐπὶ τὸ δημ., accessit Demosth. ad rempubl. Olymp. CVI, 2 (355 a. Chr.); hujus anni est oratio in Androtionem et Leptinem, vid. Plutarch. c. 14. — ἄρχοντας,

Λεύκτροις τῆς Βοιωτίας μάχῃ νικήσαντες αὐτοὶ προῆλθον εἰς ἰσχύν, καὶ μετ' ὀλίγον πρὸς Φωκέας πόλεμον ἐξήνεγκαν. ἦσαν δὲ οἱ Φωκεῖς ἔθνος ὅμορον τῇ Βοιωτίᾳ, πόλεις ἔχον δύο καὶ εἴκοσιν. οὗτοι καταλαβόντες τὸν τοῦ Πυθίου ναὸν, πλησίον ὄντα, ἐσύλησαν· ἀνθ' ὅτου καὶ οἱ Θηβαῖοι πόλεμον ἐξήνεγκαν πρὸς αὐτούς. ἐπολέμουν δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τὸν 13
συμμαχικὸν κληθέντα πόλεμον. Χῖοι γὰρ καὶ Ῥόδιοι καὶ Βυζάντιοι πάλαι ποτὲ ὄντες ὑπήκοοι Ἀθηναίων, τότε μετ' ἀλλήλων συστάντες καὶ συμμαχίαν ποιησάμενοι πρὸς αὐτοὺς ἐπολέμουν. καὶ οὕτω μὲν ἡ Ἑλλὰς εἰς πολλὰ μέρη διῄρητο, Ἀθηναίων πολεμούντων πρὸς τοὺς προειρημένους, καὶ Θηβαίων πρὸς Φωκέας, καὶ Λακεδαιμονίων πρὸς Πελοποννη-

§ 12, 5. *προῆλθον e margine ed. Paris.* (1570) *cum Schaefero et Tur. recepi. Bekk. Voem. Dindf. vulg.* παρῆλθον. — 7. *Βοιωτίᾳ ex ead. marg. cum Tur. et Dindf., qui* 1825, *ut Bekk. et Voem., vulg.* Εὐβοίᾳ *retinuerat. Cfr. adn. Popponis ad Thuc. VIII,* 96. *Similiter Plut. Sol. c.* 13 *male legi* Εὔβοιαν *dudum interpp. viderunt alius aliud conjicientes.*

de principatu Lacedaemoniorum, quem bello Peloponn. finito obtinebant, vid. Clinton F. A. p. 266. — *ἐν Λεύκτροις*, praep. *ἐν* ad viciniam referri docet Baiter ad Isocr. Paneg. § 91. — *αὐτοὶ* opponuntur Thebani Lacedaemoniis potentia florentibus. Herm. ad Vig. p. 733. Lect. vulg. *αὐτοὺς* soloeca est. — *προῆλθον*, cfr. Arg. Olynth. I, 1 et pro Megapol. p. 202, 12 Reisk.: *εἰς ἰσχὺν προελθόντας*, quo ipso loco paullo ante *προϊόντες εἰς δύναμιν*. — *μετ' ὀλίγον*, minus diligenter scripsit Libanius, nam pugna Leuctrensis pertinet ad Ol. 102, 2 (371), Phocense autem bellum ab Ol. 106, 2 ad 108, 3 (355—346) a Thebanis, Locrensibus, Thessalis aliisque gestum est. Vid. Dem. III, 8 ibiq. dicta. De *viginti duabus* urbibus exponit Dem. XIX, 123.

§ 13. *ἐπολέμουν*, bellum *sociale* inde exortum est, quod cum ceteri Atheniensium duces, tum Chares (de quo vid. ad Dem. II, 28) bellum illaturus Pheraeis socios gravi jugo jam pressos offenderat. Diod. Sic. XV, 93. Itaque Chii aliique extiterunt ejus rei vindictam sumturi. Dem. XV, 3 dicit: *συνέστησαν ἐφ' ἡμᾶς πόλεμον τουτονί.* Diod. Sic. XVI, 22. Bellum initum (dissuadente Isocr. VIII, 16) Ol. 105, 2 (359), finitum ejusd. Ol. 4 et pax composita est Ol. 106, 1 (356), quum rumor ad Athenienses perlatus esset, Persas defectoribus CCC navium subsidia misisse. Vid. Wolf. Proll. ad Lept. p. LVII, n. 31 et Winiewski p. 34. — *Λακεδαιμονίων*, Lacedaemonii Area-

14 σίους. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν Φίλιππος ὁ Ἀμύντου παῖς εἰς τὴν Μακεδόνων βασιλείαν παρῆλθεν· Ἀμύντᾳ γὰρ τῷ Μακεδονίας βασιλεῖ τρεῖς ἐγένοντο παῖδες ἐξ Εὐρυδίκης τῆς Ἰλλυρίδος, Ἀλέξανδρος, Περδίκκας, Φίλιππος. τούτων ὁ μὲν πρεσβύτατος Ἀλέξανδρος δολοφονηθεὶς ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ Περδίκκας πρὸς Ἰλλυριοὺς μαχόμενος· Φίλιππος δὲ ὁ νεώτατος ἐτύγχανε μὲν ἐν Θήβαις ὁμηρεύων, ὡς δὲ ἐπύθετο τον Περδίκκου θάνατον, ὑπεξελθὼν λάθρα καὶ ὀξέως εἰς Μα-
15 κεδονίαν ἀφικόμενος κατέσχε τὴν ἀρχήν. Ἀθηναῖοι δ' ἄρ ἕτερόν τινα, γένους μὲν ὄντα βασιλικοῦ, φυγάδα δὲ ἐκ Μακεδονίας, ἐπὶ βασιλείαν κατῆγον μετὰ πολλοῦ πλήθους

§ 14, 5. πρεσβύτατος *e conj. Schaeferi cum Tur. et Dindf. Hic* 1825, *Bekk. et Voem. vulg.* πρεσβύτερος *tuiti sunt. Vid. Bast Palaeog. p.* 790 *et Herm. ad Vig. p.* 717 *sq.*

dibus et Messeniis, quos Megalopolitani in auxilium vocaverant, bellum intulerunt. Diod. S. XVI, 34. Dem. XVI, 4 contendit *Λακεδαιμονίους, εἰ ποιήσονται Ἀρκαδίαν ὑφ' ἑαυτοῖς καὶ Μεγάλην πολιν αἱρήσουσι, πάλιν ἰσχυροὺς γενήσεσθαι.*

§ 14. *Amyntas* II. rex Macedoniae fuit ab anno 394 usque ad 370, vid. Clinton F. A. p. 240 et Flathe Gesch. Macedon. I. p. 34, qui haec: die Zeit der Herrschaft Amyntas des Zweiten ist so lang als sturmbewegt, unter den Griechen sowohl als auch in Macedonien. — *εἰς βασιλ. παρῆλθ. rex factus est*, cfr. Demosth. IX, 24. *Λακεδαιμονίοις παρελθοῦσιν εἰς τὴν δυναστείαν τὴν αὐτὴν — ἅπαντες εἰς πόλεμον κατέστησαν.* Philippus regnum obtinuit a. 359—336 a. C. — *τούτων ὁ μὲν*, Alexander, 370—368, necatus a Ptolemaeo Alorita. vid. Diod. Sic. XV, 71, qui dicit: *τοῦτον ὁ Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης δολοφονήσας παρέλαβε τὴν βασιλείαν.* Aesch. II, 29 haec: *ὃς (Πτολεμ.) ἦν ἐπίτροπος καθεστηκὼς τῶν πραγμάτων.* Hunc (368—364) Perdiccas matre Eurydice adjuvante, de qua vid. Iustin. VII, 4, e medio sustulit, qui et ipse in proelio contra Illyrios cecidit 359. Cfr. Diod. Sic. XVI, 2. Flathe Gesch. Mac. I p. 40. — De ipso Philippo exposui in Excurs. II.

§ 15. *ἄρ' ἕτερον*, „Atticistae vix dici potest quantopere partic. *ἄρα* delectentur" *Schaefer.* Per *ἕτερον* intelligendus est Argaeus quidam (Voemel. p. 53 e numis Argeus scribi vult), cui Athenienses favebant. Diod. S. XVI, 3 haec: *θεωρῶν τοὺς Ἀθηναίους ὑπὲρ τοῦ τὴν Ἀμφίπολιν ἀνακτήσασθαι τὴν πᾶσαν φιλοτιμίαν εἰσφερομένους καὶ διὰ τοῦτο κατάγοντας τὸν Ἀργαῖον ἐπὶ τὴν βασιλείαν, ἑκουσίως ἐξεχώρησε τῆς*

στρατιωτῶν. τούτοις ὁ Φίλιππος ἐπιθέμενος ἐνίκησε μάχῃ· καὶ ὅσους συνέλαβεν αἰχμαλώτους τῶν Ἀθηναίων, ἀφῆκεν ἄνευ λύτρων, οὐ κατ' εὔνοιαν τῆς πόλεως οὐδὲ δι' ἐπιείκειαν τρόπου.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΕΡΩΝ ΤΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ.

6 *Τῆς ῥητορικῆς μέρη τρία: ἐπιδεικτικόν, δικανικόν, συμ-* 16
βουλευτικόν. τοῖν μὲν οὖν δυοῖν ἄκρος ἀγωνιστὴς γέγονε, τοῦ τε δικανικοῦ καὶ τοῦ συμβουλευτικοῦ· ἐπιδεικτικοὺς δὲ οὐκ εἴχομεν αὐτοῦ λόγους. τοὺς γὰρ φερομένους οὐ πιστευ-

§ 16, 1. *δικανικόν, συμβουλ.* ***cum Dindf. et Tur., nisi quod hi ordine inverso, Dindf. autem 1825, Bekk. et Voem.*** *συμβ. καὶ δικ.* — 3. *τοῦ συμβ.* ***cum Dindf., qui 1825, ut rel. edd., artic. omiserat.***

πόλεως ἀφεὶς αὐτὴν αὐτόνομον. Vid. Wessel. ad h. l. et Flathe l. c. p. 49. — *ἐπιθέμενος* i. e. *aggressus ex insidiis.* Herodot. VIII, 27. *νυκτὸς ἐπεθήκατο (ὁ Τελλίης) τοῖς Θεσσαλοῖσι.* Cf. I, 27. Phavor. explicat per *ἐνεδρεύσας.* Quanquam Diod. S. l. l. nullarum facit insidiarum mentionem, tamen Justin. VII, 6. dicit: Primum illi cum Atheniensibus certamen fuit: quibus *per insidias* victis, incolumes sine pretio dimisit. Quod quidem Diod. ita expressit: *ὑποσπόνδους ἀφῆκεν*, ao. 359. — *ἐπιείκεια τρόπου*, *morum facilitas.* Una Phil. misit litteras, quibus se veteris amicitiae studiosum significabat. — In fine Wolfius et Auger. aliquid deesse putant: idem videtur Schaefero et editoribus Turicensibus. Sit: at Libanius, ut saepe, negligentius scripsit.

ΠΕΡΙ etc. haec appendix eundem Libanium habet auctorem, quare numerum §§ non interrupi.

§ 16. *ἐπιδεικτικόν*, rhetores antiqui distinxerunt *demonstrativam, suasoriam* et *judicialem* orationem. Aristot. ars rhet. I, 3, 3. Dionys. rhet. c. 8 (V, 297. R.) Quintilian. III, 4. 9—15. Becker Dem. als R. u. S. p. 245. Westermann Gesch. d. gr. B. p. 140. Ernesti Lex. gr. techn. s. v. De comitiorum locis vid. Schoemann p. 53 sq. — *ἀγωνιστής*, e re gymnica ad oratoriam transtulerunt rhetores. Dionys. Isae. c. 20. et Ep. ad Amm. c. 2. — *τοῦ δικαν.*, Suid. s. v. *δαπα-*

τέον εἶναι Δημοσθένους, τὸν ἐπιτάφιον καὶ τὸν ἐρωτικόν· πολὺ γὰρ τῆς ἐκείνου δυνάμεως ἀπολείπονται. καὶ οὐχ ἡμετέραν γνώμην λέγομεν, ἀλλὰ καὶ Διονυσίῳ τῷ Ἁλικαρνασσεῖ τοῦτο συνδοκεῖ. ὅτι μὲν γὰρ εἶπεν ἐπιτάφιον λόγον Δημοσθένης, ὡμολόγηται· οὐ μὴν τοῦτον εἰκὸς εἶναι τὸν ὑπ' ἐκείνου ῥηθέντα, πάνυ φαύλως καὶ ἀσθενῶς ἔχοντα.
17 τῶν δὲ συμβουλευτικῶν αὐτοῦ λόγων οἱ μὲν αὐτὸ τοῦτο ἔχουσιν ἐπίγραμμα, συμβουλευτικοί, οἱ δὲ οὐδὲν ἧττόν εἰσι συμβουλευτικοὶ, Φιλιππικοὶ δὲ ἐπιγράφονται ἐκ τοῦ περὶ τῶν τοῦ Φιλίππου πραγμάτων εἰρῆσθαι τὴν κλῆσιν λαχόντες. καὶ τῶν Φιλιππικῶν ἕκαστος ἰδίαν τινὰ ἐπιγραφὴν ἔχει κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἑκάστων ἰδιότητα.

§ 17, 3. *Φιλιππικοὶ δὲ*, *vulg. addebatur οἵδε, quod cum Sauppio Dindf. et ego omisimus; tenuerunt Bk. Voem. Dindf.* **1825.** — **4.** *τοῦ Φιλίππου e marg. Parisinae omnes edd. assumsere; vulg. h. v. desunt.*

ναῖν haec: *Δημοσθένης καὶ οἱ ἄλλοι δικανικοί.* — *ἀπολείπονται*, vid. Matth. § 357. Rost. § 162 n. 5. — *Διονυσίῳ*, de adm. vi Dem. c. 23 (VI, p. 1027. R.) et c. 44 (p. 1095), ubi haec: *ὁ φορτικὸς καὶ κενὸς καὶ παιδαριώδης ἐπιτάφιος*, vid. A. G. Becker in vers. germ. huj. libri p. 119 et Westermann de epitaphio et erotico Demosth. Lips. 1831 p. 51. Schaefer. App. V, p. 601. Ranke l. l. p. 117. Non minus iidem orat. *amatoriam* pro supposititia habent. Vid. Westerm. l. l. p. 70 et Dionys. l. l. c. 44. Neutra oratio Demosthene digna est, quanquam fuerunt, qui certe illam oratori, licet immerito, vindicarent. Vid. Reisk. et Schaef. App. V, p. 630.

§ 17. *Φιλιππικοὶ δὲ*, quod vulgo additur *οἵδε* quis non videt unde enatum sit? — *ἰδιότητα*, ut de Pace, Chersoneso, Olynthiacae; et de his quidem statim exponetur.

DEMOSTHENIS

ORATIONES OLYNTHIACAE TRES.

PROLEGOMENA.

CAP. I.

De Olynthiorum urbe et rebus gestis usque ad Ol. 105, 1.

§. 1. In orationibus, quae dicuntur *Olynthiacae*, Demosthenes animos civium vi et arte sua flectit et movet, ut Olynthum urbesque consociatas ab impetu Philippi defendant: nam metum esse, ne Macedo illa civitate potitus in ipsos invadat Atheniensium fines. Etenim *Olynthus* [1]) (hod. Hagios Mamas s. Olyntho), sita ad sinum Toronaeum LX ferme stadia ab Potidaea loco edito (Thuc. I, 63 dicit ἔστι καταφανές, schol. addit: ὑψηλὸν γὰρ τὸ χωρίον ἡ Ὄλυνθος), auctore Steph. Byz. ab Olyntho, filio Herculis, condita est, narrante vero Conone Narr. 4. ab Olyntho, Strymonis, Thraciae regis filio, qui venans a leone laceratus illo loco sepultus erat, nomen accepit. Hujus Olynthi frater Rhessus quum dicatur ἐπὶ Τροίαν Πριάμῳ συστρατεύσας, probabile est, paullo post Trojae excidium urbem illam esse conditam. Graecae autem originis eam fuisse et inter bella Persica a Bottiaeis obsessam testantur Herodot. VII, 122. 127 et Liban. argum. Olynth. I, 1. Eandemque decursu temporis et auctoritate et potestate floruisse vel hinc concluseris, quod Ol. 87, 1

1) Vid. *Lucchesinius* ann. hist. in arg. Olynth. I. p. 299 sq. *Vogel* Biogr. grosser Männer II. p. 91. *Mannert* Geogr. VII. p. 456. *Jacobs* Einleitung zu d. 3 Olynth. Reden in der 2. Aufl. d. Uebers. d. Staatsreden des Dem. p. 151 sqq. *A. G. Becker* Uebers. der Phil. Reden, Th. I. p. 91 sqq. *Wachsmuth* Hell. Alterth. I. p. 238. 263. 2. Aufl. *Brückner* Kön. Phil. v. Maced. p. 82 sq. *Voemelius* de Olynthi situ, potentia et eversione Francf. 1827, inprimis *Ejusdem* Prolegg. in Phil. I. et Olynth., editioni Dem. Phil. V praefixa, p. 13 sqq. et *Boehnecke* Forschungen auf dem Gebiete der Att. Redner (Berl. 1843) p. 106 sqq. et 123 sqq.

(432) Chalcidenses auctore Perdicca [2]), Macedonum rege, Atheniensibus infenso ab his defecerunt et, excisis urbibus maritimis, Olynthum commigrarunt eamque urbem munierunt [3]). Athenienses autem, Chalcidensibus devictis, Potidaeam acriter oppugnarunt et Ol. 87, 3 (430) ceperunt. Thuc. II, 70. Diod. Sic. XII, 46. Anno post illi iterum invadere in Chalcidensium fines, agros devastare, Bottiaeorum urbi Spartolo frustra instare. Olynthii auxilia mittunt. Proelio acri Athenienses fusi se recipiunt Potidaeam. Thuc. II, 79. Diod. Sic. XII, 47. Interea bellum Peloponnesiacum exarserat: Athenienses rem bene gerebant, ita ut Chalcidenses sibi metuerent et Lacedaemoniorum opem implorarent. Brasidas, manu fortis et consilio promptus, ab his Ol. 89, 1 (424) missus quum, Scionaeis et Mendaeïs victis, accepisset, Athenienses copias instruere, illorum, quos in fidem receperat, liberos et conjuges Olynthum subduxit. Thuc. IV, 123. Idem auctor est (V, 18), pace per Niciam facta Ol. 89, 3 (422), Olynthum quodammodo in Atheniensium fidem fuisse traditam, nisi quod sui juris esset. At videntur Olynthii his diffidentes fuisse, nam anno post Mecybernam (vid. Popp. Proleg. Thuc. II. p. 367), ubi praesidium erat Atheniensium, subito adorti ceperunt (Thuc. V, 39) et istud ejecerunt (Diod. Sic. XII, 77). Quae quidem res haud scio an potentiam Olynthi ita auxerit, ut haec urbs non solum *μυριάνδρος, τῶν ἐπὶ Θρᾴκης μεγίστη, εὐδαίμων* (Diod. S. XVI, 53. Xen. Hell. V, 2, 12. Polyb. IX, 22) vocaretur, sed etiam, rebus Atheniensium per bellum Peloponnes. adflictis, vicinas urbes sibi conciliaret iisque imperaret; nam Liban. Arg. Olynth. I, 1 dicit: *τῶν συγγενῶν πόλεων ἐπῆρχεν.* Nimirum Olynthus utebatur populari imperio et summa legum aequitate [4]).

§ 2. Accessit alia res. Amyntas II., rex Macedonum, ab Illyriis victus et pressus ab Olynthiis Ol. 96, 4 (393) his ma-

2) *Flathe* Gesch. Maced. I. p. 27.

3) Thuc. I, 58 haec: *Περδίκκας πείθει Χαλκιδέας τὰς ἐπὶ θαλάσσῃ πόλεις ἐκλιπόντας καὶ καταβαλόντας ἀνοικίσασθαι ἐς Ὄλυνθον, μίαν τε πόλιν ταύτην ἰσχυρὰν ποιήσασθαι.* coll. Diod. Sic. XII, 34.

4) *Xen.* Hell. V, 2, 15—19 coll. *Dem.* IX, 56. *Tittmann* die Staaten des Alterth. p. 397. *Wachsmuth* H. A. I. p. 263. *Vœmel.* prolegg. in Phil. I et Olynth. p. 17. *Boehnecke* p. 157.

gnum vicini agri tractum permisit [5]). Quem ille quum, viribus posthac instauratis, repeteret et Olynthii se redditures negarent, opem Lacedaemoniorum imploravit; Olynthii vero urbes Chalcidicas in belli societatem arcessiverunt, quod hae aegre tulisse videntur et gravari coepisse adeo ut legati ex Acantho et Apollonia, urbibus Chalcidicis, Spartam auxilium petituri venerint [6]). Atqui Spartani se jam Macedoni addixerant. Mittunt Ol. 99, 2 (383) Eudamidam, qui Thebis, dissidio ibi orto, retinetur; quare Teleutiam, Agesilai fratrem, copiis praeficiunt, quae proelio cum Olynthiis facto et duce occiso dispelluntur [7]). Sed Agesipoli, qui succedebat, mortuo Polybiades, a Lacedaemoniis dux electus Ol. 99, 4 (381), Olynthios ita obsidione pressit, ut hi anno sequenti in fidem Lacedaemoniorum se reciperent his conditionibus: *τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φίλον Λακεδαιμονίοις νομίζειν, ἀκολουθεῖν δὲ ὅπῃ ἂν ἡγῶνται καὶ σύμμαχοι εἶναι* [8]).

§ 3. Athenienses autem, opibus Lacedaemoniorum frangi coeptis pugna ad Naxon Ol. 101, 1 (376), res olim amissas recuperaturi Timotheum praeclarum ducem (Diod. Sic. XV, 47) in peninsulam Chalcidicam Ol. 101, 3 (374) misere, qui adjutus ab Amynta rem bene gessit et, si Nepoti Tim. 1 fides est, Olynthios subegit [9]). Huc refer locum Demosth. II, 14: *ἡ Μακεδονικὴ δύναμις καὶ ἀρχὴ ἐν προσθήκῃ μέρις ἐστί τις οὐ μικρὰ, οἷον ὑπῆρξε ποθ' ὑμῖν ἐπὶ Τιμοθέου πρὸς Ὀλυνθίους*, ad quem locum si scholiasta dicit: *πρὸς Ὀλυνθίους πολεμοῦσιν Ἀθηναίοις συνεμάχησε Περδίκκας ὁ ἀδελφὸς Φιλίππου μετὰ τῶν Μακεδόνων*, aut erravit aut Perdiccam filium misit Amyntas. Hunc enim

5) *Diod.* S. XIV, 92. *Isocr.* Paneg. § 126 ibiq. Morus. *Flathe* l. l. p. 35.

6) Legatorum oratio, quam *Xen.* Hell. V, 2, 11—20 habet, optime statum reipubl. Olynth. declarat.

7) Diod. S. XV, 19. 21. Xen. V, 3, 6. coll. Dem. XIX, 264: (*Ὀλύνθιοι*) *μάχας πολλὰς ἐκράτησαν καὶ τρεῖς τῶν πολεμάρχων ἀπέκτειναν καὶ τὸ τελευταῖον, ὅπως ἠβούλοντο, τὸν πόλεμον κατέθεντο*, quae verba vide ne oratorie dicta sint.

8) Haec sunt verba *Xenoph.* V, 3, 26, quibus adde Diod. S. XV, 23.

9) Nolim cum *Boehneckio* l. l. p. 144 hoc referre ad urbes Olynthiis subjectas.

Atheniensium familiaritate usum esse satis testatur Aeschin. II, 26 (p. 213 ed. R.), laudans εὔνοιαν καὶ εὐεργεσίας ἃς ὑμεῖς ὑπ-ήρξατε Ἀμύντᾳ [10]). Hoc mortuo Ol. 102, 3 (370) et, post Alexandrum II. et Ptolemaeum Aloriten [11]), Perdicca III. [12]), Atheniensibus inimicissimo, regnante usque ad Ol. 105, 2 (359) videntur Olynthii jus suum recuperasse, at nihil certi constat, nisi quod Ol. 105, 1 (360) Timotheus, Atheniensium dux, ad Amphipolin [13]) recuperandam, quam Olynthii tenebant, repellebatur. Testis est Demosth. XXIII, 150, cujus verba haec sunt: (Χαρίδημος) μισθοῖ πάλιν αὐτὸν Ὀλυνθίοις τοῖς ὑμετέροις ἐχθροῖς καὶ τοῖς ἔχουσιν Ἀμφίπολιν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. Quaeritur, qui sint οἱ ἔχοντες; alii enim (Weiske de hyperb. II, n. 37. Brückner p. 49) referunt ad Macedonicam in Amphipoli factionem, alii (Clinton, Voemel. p. 54, Boehnecke p. 145, Weber ad Dem. Aristocr. p. 438) ad Olynthios; recte, nam articulus τοῖς non obstat, quin hos ipsos intelligamus. Accedit quod schol. Aeschinis p. 755 dicit: Τιμόθεος ἐπιστρατεύσας ἡττήθη ἐπὶ Καλλιμήδους — nam ita legendum esse pro Καλαμίωνος dudum viri docti viderunt. Dissentio enim cum Boehneckio, qui l. l. quanquam rem istam anno Ol. 105, 1. adscribit, tamen eam Philippo regnante gestam dicit, imo Timotheum, antequam hic regnum capesseret, ab Olynthiis oppressum fuisse ex iis rebus patebit, quas statim enarrabo.

CAP. II.

De rebus gestis Olynthiorum ab Ol. 105. 1 usque ad Ol. 108. 1.

§ 1. Quum Philippus, de cujus moribus et rebus gestis Excurs. II. dicetur, rerum summa potitus esset, multisque negotiis et molestiis se distractum et obrutum videret, Amphipolin liberam

10) Vide *Lucchesinii* ann. hist. p. 319 n. 11. — *Sauppii* judicium (ad Dem. II, 14) de Aeschinis loco vide ne acerbius sit.

11) *Clinton.* Fast. Att. p. 241 sqq. *Flathe* l. l. p. 38 sq. *Brückner* l. l. p. 18.

12) De Perdicca vid. ad Dem. III, 24.

13) De hac urbe exponendi infra facultas dabitur.

esse voluit [14]). Diod. Sic. in partes est vocandus, qui XVI, 3 tradit: *θεωρῶν* (*Φίλιππος*) *ὑπὲρ τοῦ τὴν Ἀμφίπολιν ἀνακτήσασθαι τὴν πᾶσαν φιλοτιμίαν εἰσφερομένους, ἑκουσίως ἐξεχώρησε τῆς πόλεως ἀφεὶς αὐτὴν αὐτόνομον.* Haec verba ita capienda esse arbitror, ut Philippus, quum ista urbs per Atheniensium humanitatem Macedoni Ol. 104. 1 (365) concessa esset [15]), nunc de jure suo cederet, quo uti potuisset contra Olynthios, qui rebus Macedonum ante Philippum perturbatis in suam rem abusi erant. Non dicam utrum ad hos abigendos an ad imminens periculum Philippi propulsandum Amphipolitani Ol. 105, 3 legatos ad Athenienses miserint, qui horum auxilium implorarent — Dem. I, 8 ibiq. dicta — iisque suam urbem obsidendam permitterent. Nam Olynthios illo tempore Amphipolin tenuisse, etiam ex Argum. orat. Dem. de fals. leg. p. 334 intelligitur: *ἔλαβε* (*Φίλιππος*) *παρ' Ὀλυνθίων Ἀμφίπολιν, οὖσαν κτῆμα τῆς πόλεως, καὶ ἣν ὑπ' Ὀλυνθίοις καθ' ὃν καιρὸν ἀπέστησαν καὶ οἱ σύμμαχοι.* Si cum hoc loco confers Diod. Sic. XVI, 8: *τῶν τὴν Ἀμφίπολιν οἰκούντων ἀλλοτρίως πρὸς αὐτὸν διατεθέντων καὶ πολλὰς ἀφορμὰς δόντων εἰς πόλεμον, ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτοὺς ἀξιολόγῳ δυνάμει*, utrumque eo, quo dixi, modo conciliabis statuens et Olynthios et Philippum sibi illam urbem arrogasse, quam hic expugnavit et Atheniensibus se traditurum esse scripsit. Dem. XXIII, 116: *Φίλιππος, ὅτε Ἀμφίπολιν ἐπολιόρκει, ἴν' ὑμῖν παραδῷ, πολιορκεῖν ἔφη.* coll. VII, 27. Est enim hoc est *τὸ θρυλούμενον ἀπόῤῥητον ἐκεῖνο*, cujus orator II, 6 mentionem facit, quod cur vulgo ad Ol. 105, 2 referatur, non video, imo ad Ol. 105, 3 pertinet [16]).

§ 2. Bellum igitur Amphipolitanum [17]) exorsum est, et continuatum usque ad Ol. 108, 2. Amphipolis enim [18])

14) Vid. *Winiewskii* com. chron. et histor. p. 39.

15) *Voemelii* prolegg. p. 52. et ep. Phil. p. 164 (XII, 20).

16) *Brückner* König Phil. p. 50.

17) *Weiske* de hyperb. I. p. 37 sqq.

18) Vid. *Mannert* Geogr. d. Gr. u. Röm. VII. p. 237. *Vogel* Leben gross. Männ. II. p. 35. *A. G. Becker* Uebers. d. Phil. Reden, I. p. 9. *Winiewsk.* p. 37. *Voemel* lineamenta belli Amphip. Francf. 1826 et Prolegg. p. 44. *Clinton.* F. A. p. 275 et inprimis *Weissenborn* Hellen. Jen. 1844 p. 136—196 et *Rehdantz* Vit. Iph. Chabr. Tim. (Berol. 1845) p. 128 sqq.

quum et mercaturae et imperio opportunissima esset, patet, cur et Philippi et Atheniensium permagni interfuerit, ea potiri. Nam Diod. Sic. XVI, 8 dicit: ἡ πόλις πολλὰ συνελάβετο τῷ Φιλίππῳ πρὸς αὔξησιν. Aesch. II, 33: εἰ Ἀμφιπολίτας ἀφείλου τὴν Ἀθηναίων πόλιν, οὐ τἀκείνων ἔχεις ἀλλὰ τὴν Ἀθηναίων χώραν. Dem. VI, 17: εἰ Ἀμφίπολιν καὶ Ποτίδαιαν προεῖτο, οὐδ' ἂν οἴκοι μένειν βεβαίως ἠγεῖτο. Nimirum Macedo urbem hanc, suorum finium munimentum, retinuit. Enimvero tantum abfuit, ut rex, quae fuit in eo fallacia, promissis quae supra dixi teneretur, ut Atheniensibus adversaretur et foedus cum Olynthiis Ol. 105, 4 (357) pangeret, quod et ipsum, teste Diod. Sic. l. l., illi valde expetebant. Conf. Dem. XXIII, 108: ἐκεῖνοι (Ὀλύνθιοι) τέως ἑώρων αὐτὸν τηλικοῦτον (Φίλιππ.), ἡλίκος ὢν καὶ πιστὸς ὑπῆρχε, σύμμαχοι τε ἦσαν καὶ δι' ἐκεῖνον ἡμῖν ἐπολέμουν. Liban. arg. Olynth. I, 2: Φιλίππῳ συμμαχίαν οἱ Ὀλύνθιοι ποιησάμενοι καὶ πολεμοῦντες μετ' αὐτοῦ πρὸς Ἀθηναίους, quibus exeunte Ol. 105, 4 aut sequenti anno Potidaeam ademit et una cum Anthemunte illis permisit [19]). Jam intra annos quatuor sequentes Philippo res suas amplificante status ita est mutatus [20]) itaque iste Graecorum rebus se immiscuit, ut non tantum hi dissiderent, sed etiam Olynthii Ol. 106, 4 (353) ad Athenienses se applicarent. Demosthenes XXIII, 109 haec: ὑμᾶς φίλους πεποίηνται (Ὀλύνθιοι), φασὶ δὲ καὶ συμμάχους ποιήσεσθαι. Ipsa vero συμμαχία facta videtur Ol. 107, $\frac{3}{3}$, certe ante orationes Olynthiacas, nam orator III, 7 dicit: ἐπράξαμεν ἡμεῖς κἀκεῖνοι πρὸς ἡμᾶς εἰρήνην et Olynthum vocat πόλιν μεγάλην διηλλαγμένην πρὸς ἡμᾶς. Intermedio tempore quum Philippus aliis rebus occupatus morboque adfectus retineretur, anno demum Ol. 107, $\frac{2}{3}$ [21]) Olynthum aggressurus [22]) Chalcidicis urbibus

19) Dem. II, 7. VI, 20. Vid. com. hist. ad h. l. Vol. II p. 157 et quae dicam ad Lib. Arg. Olynth. I, 2. Diod. Sic XVI, 8. *Winiewski* p. 41 sqq.

20) *Flathe* I p. 116. *Brückner* p. 54—82.

21) Vulgo quidem initium hujus rei Ol. 107, 4 factum perhibent; sed vid. § seq., ubi de ordine orr. Olynth. agam.

22) Justinus VIII, 3 auctor est, Olynthios duos fratres Philippi, quos e noverca genitos regni cupidos esse vidisset, recepisse itaque bellum movisse. Cf. Orosius III, 12. *Boehnecke* p. 189. *Vogel* Leb. gr. M. II. p. 275 hanc rem fabulose narrari contendit. Sine justa causa!

foederi Olynthio addictis bellum intulit easque annuo spatio interposito Ol. 107, 4 expugnavit et delevit [23]). Nam Demosthenes dicit IX, 26: *δύο καὶ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ Θρᾴκης ἐῶ, ἃς ἁπάσας οὕτως ὤμως ἀνῄρηκεν, ὥστε μηδ' εἰ πώποτ' ᾠκήθησαν, προσελθόντ' εἶναι ῥᾴδιον εἰπεῖν.* Cfr. Diod. S. XVI, 52: *Φίλιππος στρατεύσας ἐπὶ τὰς Χαλκιδικὰς πόλεις πολισμάτων ἔνια καταπληξάμενος ἠνάγκασεν ὑποτάττεσθαι* [24]). Quae res quantum Olynthiis habuerit periculi, vel ex narratione Demosthenis concludas dicentis IX, 11: *Ὀλυνθίοις τετταράκοντ' ἀπέχων τῆς πόλεως στάδια εἶπεν, ὅτι δεῖ δυοῖν θάτερον, ἢ ἐκείνους ἐν Ὀλύνθῳ μὴ μένειν ἢ αὐτὸν ἐν Μακεδονίᾳ.* Priusquam haec gesta erant, Olynthii legatos miserunt Athenas, qui auxilia peterent; Demosthenes, ut mittantur, tribus orationibus suadet, dissentiente Demade, de quo Suidas s. v. p. 913 ed. Gaisford. haec: *κιήματα ἐν Βοιωτίᾳ παρὰ Φιλίππου δωρεὰν ἔλαβεν· οὗτος Δημοσθένει λέγοντι ὑπὲρ Ὀλυνθίων ἀντέλεγεν.* Jam quum neque auxilia Atheniensium neque ipsa Olynthiorum virtus Philippi vim et impetum sustinere possent [25]), factum est Ol. 108, 1 (348), ut hi bis in fugam a Macedone conjecti ad obsidionem tolerandam adigerentur [26]). Atqui Olynthus miserrima illa factionum invidia laborabat: quid? Euthycrates et Lasthenes, Philippo studiosissimi, rem eo perduxerunt, ut Apollonides, qui illorum consilia improbabat, a populo ejiceretur [27]) et Philippo irruendi in urbem potestas daretur, qui cives in servitutem redigebat [28]) et Olympicos diis ludos instituebat [29]). Scriptores consentiunt,

---

23) De his urbibus doctissime disserit *Boehnecke* p. 155 sqq.

24) Hac in re Macedonem proditorum ope usum fuisse, patet e Demosth. XIX, 266, coll. Val. M. VII, 2. Horat. Od. III, 16, 13.

25) Demosth. XIX, 266: (*Ὀλύνθιοι*) *χιλίους ἱππέας κεκτημένοι, πλείους δ' ὄντες ἢ μύριοι, πάντας δὲ τοὺς περιχώρους ἔχοντες συμμάχους, μυρίοις δὲ ξένοις καὶ τριήρεσι πεντήκοντ' ὑμῶν βοηθησάντων αὐτοῖς καὶ ἔτι τῶν πολιτῶν τετρακισχιλίοις· οὐδὲν αὐτοὺς τούτων ἠδυνήθη σῶσαι.*

26) Diod. Sic. XVI, 53.

27) Dem. IX, 56 et 66 et quae ibi adnotavi (Vol. II. p. 136 et 143).

28) Diod. Sic. XVI, 53: *διὰ τούτων (Λασθέν. καὶ Εὐθυκρ.) προὐδοθεῖσαν τὴν Ὄλυνθον εἷλε· διαρπάσας δ' αὐτὴν καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἐξανδραποδισάμενος, ἐλαφυροπώλησεν.* Wessel. ad h. l.

29) Dem. XIX, 192: *ἐπειδὴ εἷλεν Φίλιππος Ὄλυνθον, Ὀλύμπια*

has res in eum, quem diximus, annum Ol. 108 primum incidere [30]).

Ipsorum vero proditorum etsi alter Lasthenes aedes suas contexisset lignis dono e Macedonia allatis, alter Euthycrates boves multos aluisset pretio nemini numerato et, si Suidae s. v. *Δημάδης* fides est, Demade auctore publicus Atheniensium hospes declaratus esset, tamen a Philippo misere peremti sunt, ut Dem. VIII, 40 dicat: *ἐπειδὴ τὴν πόλιν προὔδοσαν, πάντων κάκιστ' ἀπολώλασιν*, coll. XVIII, 45 [31]).

CAP. III.

De oratt. Olynthiacarum tempore et ordine.

§ 1. Jam oritur quaestio duplex eaque subdifficilis, et *quo tempore* et *quo ordine* orationes Olynthiacae a Demosthene sint habitae. Et omnes quidem, quantum scio, interpretes *Dionysium Halic.* sequuti [32]) acquieverunt in Ol. 107, 4 (349), donec nuper vir sagacissimus *C. G. Boehneckius* in libro saepe laudato [33]) p. 161. 215 et alibi, hac re denuo pensitata, statueret, Olynthiacam primam et secundam (secundum ordinem vulgarem) exeunte Ol. 107, 2 aut initio anni sequentis et tertiam Ol. 107, 3 m. Boedrom. esse habitam. Non est hujus loci argumenta excutere, quibus sententiam evincit, sed ratione simplici et brevi singulas res persequi, quibus quid verum esse

---

ἐποίει, εἰς δὲ θυσίαν ταύτην καὶ τὴν πανήγυριν πάντας τοὺς τεχνίτας συνήγαγεν. Diod. Sic. XVI, 55. *Boehnecke* p. 196. *Winiewski* p. 67.

30. Diod. Sic. l. l. Aeschin. II, 15. Diod. Hal. ep. ad Am. 10. (p. 736) Pseudoplut. Dem. § 362. (p. 73 ed. West.)

31) *Weisk.* de hyperb. I. p. 31 sqq. acute genera proditorum distinguit et *Vogel* l. c. p. 99 probabiliter de ratione Philippi, qua proditoribus usus est, disputat.

32) Ep. ad Amm. c. 4 p. 726: *ἐπὶ Καλλιμάχου (Δημ.) τρεῖς διέθετο δημηγορικοὺς παρακαλῶν Ἀθηναίους βοήθειαν Ὀλυνθίοις ἀποστεῖλαι, τοῖς πολεμουμένοις ὑπὸ Φιλίππου.*

33) Forschungen auf dem Gebiete der attischen Redner u. der Geschichte ihrer Zeit. Berlin 1843. Vid. Leipz. Repert. 1843 p. 459. Münchn. Anz. 1844 Nr. 216. Schmidt Zeitschr. f. Gesch. II, 1 p. 80 et inprimis Voemel in Zeitschr. f. Alterth. 1846 Nr. 9. 10. 16—18.

videatur ostendamus. Atqui in aperto est, intra annum Ol. 108, 1, quo Olynthus est expugnata, et Ol. 107, 1 has orationes pertinere. Sequamur igitur Demosthenem ipsum, in cujus Olynthiaca I. et III. certa quaedam intervalli illius explendi signa continentur, et in hac quidem § 4: *μέμνησθε, ὅτ' ἀπηγγέλθη Φίλιππος ὑμῖν ἐν Θρᾴκῃ τρίτον ἢ τέταρτον ἔτος τουτὶ Ἡραῖον τεῖχος πολιορκῶν.* Jam quum hoc castellum Ol. 107, 1 a Macedone obsessum fuerit [34]), liquet hanc orationem aut Ol. 107, 3 aut 4 esse habitam. Certius etiam signum inesse dixerim in Olynth. I, 12 et 13. Orator narrat, Philippum capta Amphipoli (Ol. 105, 3), Pydna (105, 4), Potidaea (106, 1), Methone (106, 3) in Thessaliam (106, 4) et Thraciam invasisse. Hanc autem, quam extremo loco diximus, impressionem Ol. 107, 1 factam esse, testis luculentus est Noster in or. in Aristocratem [35]), in qua p. 623 R. (XXIII, 8) res ibi gestae produntur. Rex anno sequenti morbo adfligitur. Valetudine recepta, Ol. 107, 2 vel 3 urbes Chalcidicas adoritur, quas ut Olynthus, earum princeps et patrona, servet, Atheniensium auxilium impetrat inque partes suas vocat Demosthenem, qui fuit, ut Diodori Sic. (XVI, 54) verbis utar, *ῥήτωρ δεινότατος τῶν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους Ἑλλήνων.* Oratoris ipsius auctoritate utamur, ut probemus bellum non intra unius anni fines esse concludendum: nam XIX, 266 (d. fals. leg. p. 426) haec: *πρὶν ἐξελθεῖν ἐνιαυτὸν τοῦ πολέμου τὰς πόλεις ἁπάσας ἀπωλωλέκεσαν τὰς ἐν τῇ Χαλκιδικῇ προδιδόντες*, e quibus verbis recte Boehneck. p. 204 conjectura est adsequutus illud bellum unius anni spatium excessisse [36]), quam nescio an probet Plin. H. N. II, 27: „fit et sanguinea specie incendium, sicut Olympiadis 107. anno tertio, quum rex Philippus Graeciam quateret.“ Pertinet igitur illa vis et impressio Philippi ad Ol. 107 annum tertium et quartum. Jam

34) Vid. *Voemel.* prolegg. p. 98, n. 1. et *Winiewski* p. 308.

35) Hanc orationem ipsius hujus anni esse satis ostendit *E. G. Weber* (Jen. 1845) in prolegg. p. IX sqq., ut mirer virum egregium p. LXXVII n. 21 ad Ol. 106, 4 rediisse. Cfr. *Weisk.* d. hyperb. III. p. 34. *Winiewski* p. 306.

36) Assentitur *Voemel.* in censura libri Boehneckiani Zeitschr. f. Alterthumsw. 1846 p. 133.

quum Dem. dicat or. I, 13: *πάλιν (Φίλιππ.) ῥαΐσας οὐκ ἐπὶ τὸ ῥᾳθυμεῖν ἀπέκλινεν, ἀλλ' εὐθὺς Ὀλυνθίοις ἐπεχείρησεν*, § 17 rebus esse bellicis occurrendum *τῷ τὰς πόλεις τοῖς Ὀλυνθίοις σώζειν* et § 21: *οὐτ' ἂν ἐξήνεγκε τὸν πόλεμόν ποτε τοῦτον ἐκεῖνος, εἰ πολεμεῖν ᾤήθη δεήσειν αὐτόν*, quis dubitaverit inter ipsum illum impetum ab eo has orationes esse habitas? Quod si est, eae referendae sunt ad Ol. 107, 3 et 4, nisi quis dicat — quod non probo — alterutri horum annorum omnes esse adjudicandas. Nullam certe causam esse video, cur Boehneckius p. 161 primam har. oratt. ad Ol. 107, 2 rejiciat, quum ne hoc quidem certum sit, sub finem hujus anni bellum geri coeptum esse.

§ 2. Quaerentibus vero de ipso initio et modo belli Olynthiaci respondet *Philochorus* apud Dionysium in ep. ad Amm. c. 9 p. 734 ed. Reisk.: „*Καλλίμαχος Πεγασῆθεν* [37]). *Ἐπὶ τούτου Ὀλυνθίοις πολεμουμένοις ὑπὸ Φιλίππου καὶ πρέσβεις Ἀθήναζε πέμψασιν οἱ Ἀθηναῖοι συμμαχίαν τε ἐποιήσαντο καὶ βοήθειαν ἔπεμψαν, πελταστὰς δισχιλίους, τριήρεις δὲ τριάκοντα τὰς μετὰ Χάρητος, ἃς καὶ συνεπλήρωσαν.*“ *Ἔπειτα διεξελθὼν ὀλίγα τὰ μεταξὺ γενόμενα τίθησι ταῦτα*: „*περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον Χαλκιδέων τῶν ἐπὶ Θράκης θλιβομένων τῷ πολέμῳ καὶ πρεσβευσαμένων Ἀθήναζε, Χαρίδημον αὐτοῖς ἔπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι τὸν ἐν Ἑλλησπόντῳ στρατηγόν· ὃς ἔχων ὀκτωκαίδεκα τριήρεις καὶ πελταστὰς τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεντήκοντα καὶ ἕκατον ἦλθεν εἰς τὴν Παλλήνην καὶ τὴν Βοττιαίαν μετ' Ὀλυνθίων καὶ τὴν χώραν ἐπόρθησεν.*“ *Ἔπειθ' ὑπὲρ τῆς τρίτης συμμαχίας λέγει ταυτί*: „*πάλιν δὲ τῶν Ὀλυνθίων πρέσβεις ἀποστειλάντων εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ δεομένων μὴ περιιδεῖν αὐτοὺς καταπολεμηθέντας, ἀλλὰ πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις δυνάμεσι πέμψαι βοήθειαν, μὴ ξενικήν, ἀλλ' αὐτῶν Ἀθηναίων, ἔπεμψεν αὐτοῖς ὁ δῆμος τριήρεις μὲν ἑτέρας ἑπτακαίδεκα, τῶν δὲ πολιτῶν ὁπλίτας δισχιλίους καὶ ἱππεῖς τριακοσίους ἐν ναυσὶν ἱππηγοῖς, στρατηγὸν δὲ Χαρῆτα τοῦ στόλου παντός.*

Quo praeclarius factum est, ut haec memoria [38]) nobis sit

---

37) Intellige annum Ol. 107, 4 i. e. 349 a. Chr.

38) Verissime *Weiskius* de hyperb. I. p. 40 n. 39: „hoc in libello quantum sit positum ad temporum illorum descriptionem si re-

servata, eo religiosius ea utendum neque committendum, ut sine justa causa in dubium vocetur. Atqui ipse scriptor de una certe re nos addubitare jussit, de *anno*. Nam quum, primo impetu commemorato, dicat Dionys. pauca quaedam interposita esse a Philochoro eo tempore gesta, justa causa mihi esse videtur ea, quae scriptor in unum annum contraxit, in duos distrahendi; cujus rei quae sit ratio, supra dictum est. Ita vero fides Philochoro non derogatur, quam et ipse olim in dubium vocaveram et A. G. Beckerus [39]), quem refutare studuit A. Westermannus [40]). Ab eadem hac parte stat Boehneckius, nisi quod p. 216 judicat, tres illos exercitus ita fuisse missos, ut orationem primam et secundam prima exceperit expeditio Ol. 107, 2, orationem tertiam altera Ol. 107, 3, tertia denique pertineat ad Ol. 107, 4. Sed, ingenue confiteor, omnis haec disputatio, ut sit ingeniosa et acuta, certo caret fundamento, cujus auctor quanquam p. 152 eos castigat, qui ab ore pendeant Philochori, tamen rem diu multumque tractanti nihil reliquum visum est, quam ejus ipsius legere vestigia. Et quidni? Anni excepto numero omnis narratio nihil habet offensionis; certe hunc ducem sequi malim, quam, quod Boehn. fecisse videtur, Libanium. Nimirum Olynthii ter legatos [41]) mittunt et Athenienses ter auxilia, prima Charete, secunda Charidemo Orita, tertia eodem Charete duce [42]). Distingue verba a Philoch. usurpata, πολεμεῖσθαι, θλίβεσθαι, καταπολεμεῖσθαι, unde patet periculum in dies majus Olynthiis eorumque sociis imminuisse. Nam verba Libanii in arg. Olynth. III: ἔπεμψαν βοήθειαν τοῖς Ὀλυνθίοις οἱ Ἀθηναῖοι καί τι κατορθοῦν ἔδοξαν δι' αὐτῆς [43]) ex

---

puto, animus horret cogitans, quibus in tenebris illo uno erepto versaremur."

39) Uebers. der Phil. Reden des Dem. I. p. 95 sqq.

40) Quaestionum Demosth. P. I. p. 9 sqq.

41) *Boehneck.* p. 219 contendit harum trium legationum primam Olynthiorum, alteram Chalcidensium, tertiam iterum Olynthiorum fuisse, quod discrimen vide ne argutius ex Philochoro duxerit.

42) De *Charete* vid. ad II, 28, de *Charidemo* ad III, 5.

43) Erravit *Voemelius* prolegg. p. 102 haec Libanii verba interponens inter orat. Olynth. I et II, quum agmen ducant argumenti tertii. Vid. ad Lib. Arg. III. 1.

ipsa illa oratione deducta et historica fide carere videntur. Cum vero illa, quae unius anni spatio Philochorus complectitur, adeo rapta esse per se non probabile sit, tum habent hoc veteres historici [44]), ut, quae est hujus rei magna difficultas, temporum rationes impediant et confundant. Ne quis vero e verbis Philochori περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον concludat, Charetem et Charidemum una rem gessisse, tenendum est, haec verba referri ad τὰ μεταξὺ γενόμενα, quod ut scite vidit Boehneck. p. 218, ita frustra quae sint τὰ γενόμενα expedire conatus est.

§ 3. Restat ut de numero copiarum dicam, in quo a Philochoro differt Demosthenes, qui in loco not. 26. allato (XIX, 266) 10,000 peregrinos et 400 cives habet, ille vero 6000 peltastas et 2000 hoplitas. Jam si 30 triremibus — ἃς καὶ συνεπλώρησαν — ducenos nautas adscribimus [45]) i. e. 6000, numerus aequatur exceptis, quos orator omisit, 450 equitibus. Triremium Philochoro sunt 65, Demostheni 50. Est sane aliquid discriminis, quod tamen justo plus agitavit viros doctos, quorum alius alia ratione [46]) incubuit ad illam molestiam levandam. At quis non videt, oratorem omnes copias totius belli complecti, Philochorum autem has singulatim perstringere? quis non meminerit, Demosthenem numeris parum studere? nam IX, 23 et 25 confundit numerum 73 et 70, 29 et 30. XIV, 29 dicit διακοσίαις τριήρεσι [47]), quanquam XVIII, 238 de eadem re agens τριακοσίας τριήρεις commemorat. Ergo valebit auctoritas Philochori de tripartita Atheniensium expeditione Olynthiaca, nisi quod primam et secundam ad Ol. 107, 3 et tertiam ad Ol. 107, 4 referendam censemus.

---

44) Exempla adfert e Diodoro Sic. *Weiskius* de hyperb. III. p. 19 n. 14.

45) *Boeckh* Staatshaush. I. p. 298 et Urk. über das attische Seewesen p. 200.

46) *Westermann* Quaest. Dem. I, p. 12. *Ziemann* p. 20. *Rauchenstein* p. 53. XX (uterque hic in libellis mox nominandis), *Boehneck*. p. 220. Verum vidit Voemelius p. 105, nisi quod adnumerat 18 triremes Charidemi itaque navium Demosthenis efficit 68.

47) Ita recte Turicenses et nuper Dindorf. ediderunt e Σ; probavi hanc lectionem in censura ed. Paris. Voemel. inserta Jahn. N. Jahrbb. f. Phil. B. 42. H. 3. p. 232.

§ 4. Atqui non is sum qui dicam tres istas expeditiones arcto vinculo cum tribus orationibus a Demosthene habitis contineri. Quod etsi non improbabile aliquot viris doctis visum est, tamen haec res ex ipso ordine, quo sese hae orationes excipiant, apta est. Etenim *Dionysius Halic.* in ep. ad Ammaeum c. 4 (Vol. VI p. 726 ed. Reisk.) eam, quae vulgo secunda est, facit primam, quae vulgo tertia est, secundam et quae vulgo prima, tertiam; de hac re critici nostra aetate certatim disputavere. Hos primum nominabo et deinde meam qualemcunque sententiam subjiciam.

I. *Dionysii* castra partim sequuti sunt, partim probaverunt: *Tourellus* [48]) (apud Mountenejum) his verbis: „has ego orationes eodem ordine, quo Dionys., colloco; eique ipsa ratio suffragatur. Namque initio ejus Olynthiacae, quam ego primam facio, orator Atheniensibus instat de foedere cito cum Olynthiis ineundo; in duabus autem reliquis id foedus initum supponit inque id solum incumbit, ut ostendat quam necesse sit, quae ex eo tenebantur facere, ut faciant. Consequentia cuique facile patebit." Huic tenui et jejunae argumentationi obsequutus est *Mountenejus.* Porro *Taylorus* apud Reisk. Orr. VIII, 718, *Jacobsius* (Uebers. d. Staatsr. 1805), *J. Bekkerus* (ed. min. 1816 et 25), *Weiskius* de hyperb. III, p. 30, *Ruedigerus* 1818 et 1829, *Bremius*, *Klinkmüllerus*, *Reuterus*. Singulari libello *Rud. Rauchensteinius* de oratt. Olynth. ordine scripsit Lips. 1828, qui repetitus est in Schaeferi Appar. T. I, p. 135—173. Eandem disputationem limatius et brevius retractatam praemisit editioni Bremianae. Ut alia taceam, vir doctissimus (p. XVI) rerum a Philochoro narratarum cum Demosthenis orationibus necessitatem tenet [49]).

II. Ordinem *vulgatum* habent et defendunt praeter veteres saec. XVI. et XVII. editores [50]) *Lucchesinius*, qui (p. 298 ed. Rom. Vol. II. p. 199 ed. Allen) haec habet: „Quae

48) *Tourelli* et mox *Lucchesinii* verba adscripsi, quippe quorum libri vereor ut in omnium manibus sint.

49) Vide *A. G. Beckeri* librum diligentissime scriptum: Die Literatur des Dem. Quedlinb. 1830 p. 171.

50) Magnum eorum numerum videsis ibid. p. 106 sq. et p. 232 sqq.

prima nobis et alteri (Dionys. Hal.) tertia est, quamvis parum differat a secunda eique propemodum gemina videatur, attamen non levia praefert indicia, quibus natalis sui praerogativam ostendit. In ista enim Demosthenes non solum cives inflammat ad ferendum Olynthiis auxilium, sed monet, ut illuc legatos mittant, qui hujus spe confirment animos metu fractos. Quod consilium si Orator providus ac solertissimus in tertiam concionem distulisset, ejus profecto prudentia desideraretur. Deinde in hac ipsa oratione Philippi sordidos mores, illatasque tot tantisque gentibus injurias singulatim recenset. At quam longe alienum esset a clarissimi Oratoris sagacitate, si haec dicere in prima concione praetermisisset, quae omnium maxime ad causam faciunt! In secunda vero quid sibi vult exordium calliditatis atque artis plenum, quo ostendere conatur, plures adhuc virium nervos superesse reipubl., nisi commotos priori sermone cives fuisse ad opem ferendam, sed timere, ne, quum minus potentia valeant, id fieri possit? Tertia denique suo loco dimoveri nequit; quippe parum isthic Orator commoratur in suadenda opitulandi necessitate." Argumenta haec, quae non dicam quantum ad rem valeant, Rauchensteinius separatim evertere studuit. Eundem ordinem tenuerunt editiones *H. Wolfii, Reiskii, Augeri, J. Bekkeri* (maj. 1824, min. 1835), *Dindorfii, Funkhaenelii, Turicensis, Frankii, Saupii* et *Voemelii*, qui tamen prolegg. p. 110 fatetur, sibi Dionysii opinionem ipsis orationibus firmari videri. Vulgatae rationi patrocinantur *A. G. Beckerus* [51]) Philochoro fidem derogaturus, cujus patrocinium suscepit *A. Westermannus* Quaest. Demosth. P. I. Lips. 1830, ita ut et Ruedigeri (proleg. ed. 1. et 2.) et Rauchensteinii argumenta simul impugnet. Hunc exceperunt *C. G. A. Stueve* Osnabr. 1830., *A. Ziemann* de bello Phil. Olynthico. Quedlinb. 1832., *F. W. Th. Petrenz.* Gumb. 1833., *C. A. F. Brückner.* Schweidnitz 1833 [52]) et in libro: Koenig Phil. u. die hell. Staaten. Gött. 1837 p. 340—52, qui, quod et ipsum Ruedigerus in ed. 1. p. 74 contenderat, defendit orationes Olynth., antequam Athenienses subsidia misissent, esse habitas. Patronis vulg. ordinis

51) Uebers. der Phil. Reden des Dem. Th. I. p. 103—131.

52) De his libellis vid. *Becker* Lit. des Dem. p. 172 et 281.

adsentiuntur *Jacobsius* [53]) (Uebers. d. Staatsr. 2te Ausg. 1833 p. 159 sqq.) et *Boehneckius* l. l. p. 151, denique *Ruedigerus* in hac tertia editione, qui cur ab opinione olim suscepta desciverit sponte explanabit.

§ 5. Argumentorum genus, quibus quid verum videatur demonstrari possit, quum duplex sit genus et externorum et internorum, quae dicuntur, ex illis quidem nihil dijudicari poterit, quippe quae omnia in vulgato ordine consentiant. Ergo confugiendum est ad alterum, in quo scilicet viri docti ita discrepant, ut Westermannus meus l. l. p. 24 recte dixerit: „mirum est, diversum adeo doctissimis viris sensum inesse, ut in contrarias plane partes discedant; unde nescio an possit aliquis colligere, plerosque aut opinione, in quam antea adducti erant, abreptos, aut rei difficultatibus deterritos non ea, qua par erat, diligentia et assiduitate hanc disputationis partem pervestigasse." Equidem nescio an minus mirum dicam, quum in singulis orationibus permulta conveniant, quae ad Atheniensium desidiam, ad Philippi mores, ad Olynthiorum conditionem, ad necessitatem rerum gerendarum et ad militiam strenue subeundam spectant. At ne longus in hac re sim, eam ita tractabo, ut primo quae sint singulis orationibus propria, deinde de locis quibusdam communibus dicam. Et *prima* quidem oratio jure locum suum tenet, quoniam insunt quae huic soli conveniant. 1. Demosthenes §. 1. dicens: *προσήκει προθύμως ἐθέλειν ἀκούειν τῶν βουλομένων συμβουλεύειν* significat, se nondum de hac re dixisse. 2. Vult legationem Olynthum (§ 2) mitti, quae mentem Athe-

53) Non possum quin Viri, exquisita doctrina et elegantia ac singulari liberalitate, quam et ipse expertus sum, ornatissimi memoriam († d. 30. Mart. 1847) recolens subjiciam, quae in libro, qui est inscriptus „Personalien", p. 265 de hac secunda editione dicit: „die Zeit hatte sich den griech. Rednern mehr zugeneigt u. Dem. insbesondre hatte mit Recht die Gunst der Gelehrten gewonnen. Vieles Berichtigende war im Laufe des Vierteljahrhundertes erschienen, das ich nicht unbeachtet lassen konnte und mir ein Anlass wurde, noch einmal zu einer Arbeit zurückzukehren, die mich vordem nicht ohne Erfolg über eine sorgenvolle Zeit hinweggeführt hatte. Ich begann jetzt Alles von Neuem u. die zweite Ausgabe konnte in Rücksicht auf die Uebersetzung, Einleitung und Anmerkungen für eine erste gelten."

niensium prodat et rebus intersit. Aptane fuisset haec rogatio tertio loco proposita? 3. Quanquam Chalcidenses et Philippus bello jam impliciti erant (§ 13. 21.), tamen neque foedus Atheniensium et Olynthiorum erat initum (§ 10), neque auxilia ab illis missa, nam § 3 dixerat: ἔστι δέος μὴ ἄνθρωπος ἡμᾶς διαβάλλων καὶ τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμετέραν, παρασπάσηταί τι τῶν πραγμάτων [54]) etc. Si § 7 et 9 illud bellum αὐτόματον vocatur, quis non videt hoc modo geri coeptum fuisse? quis verba seqq. εἰ ἀνέλοντο τὸν πόλεμον non ad initium belli referat? Orationem autem *secundam* non dixerim primam, nam 1. Olynthios (§ 2) vocat συμμάχους, ut concludas intra hanc et primam foedus esse pactum [55]). 2. Urget suos cives et insistit, ut auxilium mittant et rem strenue gerant § 11, et addit § 24. ὀκνεῖτε ἐξιέναι. Ergo nondum quidquam susceptum fuit. 3. Inprimis autem haec oratio insignis est rebus et moribus Philippi adumbrandis (§ 5. 14—20), quem ipsum I, 4. 9. 14 cum verecundia quadam commemorat. Num probabile est, regem primo castigari omnibusque conviciis adfici, tum ejus militiam et imperium paene laudari? Imo quum vidisset orator, civium animos Philippi alacritatem et potentiam intuentium nondum impelli, ut et sibi et alteris prospiciant, id agit, ut secundo loco de rege detrahat eique acerrimum Atheniensium odium contrahat.

§ 6. Quanquam in orationis *tertiae* sede constituenda omnes eo consentiunt, hanc nullo modo primam dici posse, tamen habet quaedam subtiliore pervestigatione dignissima. Tangam certe: 1. Ex § 7 et 16 patet, vinculum istarum civitatium arctius fuisse. 2. Orator suos ab hominum gratiam popularem captantium dominatu liberaturus antiquam morum simplicitatem laudat (§ 21 sqq.), et populum sui juris esse vult (§ 30 sqq.). 3. Omnino autem habitus totius orationis longe mitior est et sedatior [56]), ut aliquis animum induxerit, periculum jamjam minui coepisse. Largiorem ea materiam praebebit comparationi locorum, de qua statim agam.

Et habet sane ipsa oratio tertia non pauca, quae conspi-

54) Cfr. *Ziemann* p. 9. et *Westermann* p. 47.
55) *Westermann* p. 56. *Becker* p. 97.
56) Vid. *Boehneck.* l. l. p. 161.

rant cum prima [57]), nisi quod in illa latius fusiusque dicta sunt. 1. Ex hoc genere est § 34 coll. I, 20. Utroque loco orator vult eundem institui ordinem et accipiendi et faciendi. Hoc in loco dicit: ἐγὼ ἡγοῦμαι δεῖν μίαν σύνταξιν εἶναι τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα, at copiosius et amplius de eadem re disserit in illo; unde quis non colligat suam cuique orationi sedem? 2. I, 2 et III, 3 contendit praesentis temporis necessitate Athenienses impelli ad rem acriter gerendam, et altero quidem loco addit: σύνοιδα, τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ὑμᾶς ἐκπεφευγέναι τῷ μὴ βούλεσθαι τὰ δέοντα ποιεῖν ἢ τῷ μὴ συνιέναι. Enimvero intellexerant Athenienses prima oratione audita, esse exeundum, sed nondum exierant, mercenariis scilicet freti: ergo accusatur eorum voluntas. 3. Si de bello Olynthiaco dicit I, 7: ὃ πάντες ἐῤῥύλουν, γέγονεν αὐτόματον et III, 7 τοῦτο πέπραχται ὁπωσδήποτε; hic omisit αὐτόματον et subjecit ὁπωσδήποτε, i. e. nescio an de hac belli occasione dicam, nondum enim ea, ut par est, usi estis, quare (§. 8) nihil restat, quam ut ἐῤῥωμένως καὶ προθύμως rem agatis. Extremum hoc potius convenit orationi tertiae quam primae [58]). 4. *Theatralis* pecunia mutanda est in militarem, vid. III, 10 et 11, ubi, licet modeste, tamen aperte mentem suam expedit, nomothetas deligi jubens, qui legem περὶ τῶν θεωρικῶν abrogent. Eandem rem tangit I, 19: τί οὖν ἄν τις εἴποι, σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιώτικά [59]). Scilicet metus erat, ne orator periculum vitae adiret. At quum decursu temporis sumtus bello impendendi non suppeterent, non committendum esse putavit Demosthenes, ut iis rebus, quae protenus in subsidium vocandae essent, amplius parci vellet. Mirum profecto esset, si, quam rem primum bello acriter gerendo accommodandam esse aperte dixerat, eandem deinde leviter tangeret [60]). Quare oratio prima cum maxime hac ipsa de causa loco suo dignissima videtur.

§ 7. Sed veniendum est ad locum, quem or. I et II similem habet, qui et ipse in rem nostram multum valet, dico de

57) *Brückner* Kön. Phil. p. 345.
58) Cfr. *Westermann* l. l. p. 48 et 64.
59) Vid. interpp. ad h. l.
60) *Ziemann* l. l. p. 14 et *Westermann* p. 65.

Thessalis. Etenim I, 22 haec: *εἶτα τῶν Θετταλῶν. ταῦτα γὰρ ἄπιστα μὲν ἦν δήπου φύσει καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, κομιδῇ δ' ὥςπερ ἦν, καὶ ἔστι νῦν τούτῳ. καὶ γὰρ Παγασὰς ἀπαιτεῖν αὐτόν εἰσιν ἐψηφισμένοι, καὶ Μαγνησίαν κεκωλύκασι τειχίζειν.* Cfr. II, 11: *φημὶ πρὸς Θετταλοὺς πρεσβείαν πέμπειν, ἢ τοὺς μὲν διδάξει ταῦτα, τοὺς δὲ παροξυνεῖ· καὶ γὰρ νῦν εἰσιν ἐψηφισμένοι Παγασὰς ἀπαιτεῖν καὶ περὶ Μαγνησίας λόγους ποιεῖσθαι.* De diversitate extremorum utriusque loci verborum non est quod quis ambigat, ut ipse olim p. 75 feci, est enim tanti. Atqui causa, cur dicuntur Thessali decrevisse etc., est utique diversissima: in illo perfidorum hominum esse dicit, quod Pagasas repetierint et Magnesiam muniri non passi sint, in hoc legatos ad Thessalos mitti vult, qui eos excitent et commonefaciant, etenim jam eo esse progressos, ut repeterent etc. Quemadmodum ex similitudine aliquis concluserit, has orationes proxime se excepisse, ita intervallum inter illas tantum certe fuisse debebit, ut Thessalorum res mutatae sint aut Demosthenes aliam de iis conceperit opinionem. Quaeritur autem, utro loco vel hoc vel illud dici vel potuerit vel debuerit? meas partes agentem facio Beckerum, qui p. 127 ita scribit: „D. spricht in der 2. Rede mit Theilnahme von den Schicksalen dieses (des Thess.) Volkes, wie in der 1. Rede mit Bitterkeit über sein bisheriges Verhalten. Alles diess lässt vermuthen, dass die Verhältnisse Athens gegen Thessalien zwischen der 1. und 2. Rede sich geändert haben müssen, oder dass wenigstens D. eine Veränderung herbeizuführen sich bemühte. Umgekehrt ist es unbegreiflich, warum er in einer spätern Rede das früher begünstigte Verhältniss habe zerstören wollen." Orationis autem primae et secundae vicinitatem testatur Ulpianus, qui, etsi interdum futilis, tamen non omnino contemnendus est. Haec in enarrat. ad or. Ol. II habet ed. H. Wolf. p. 26. B: *ἡ μὲν ὑπόθεσις τούτου τοῦ λόγου καὶ τὰ κεφάλαια παραπλήσια τῷ πρώτῳ· διενήνοχε δὲ κατ' ἐκεῖνο μόνον, ὅτι ἐν μὲν τῷ πρώτῳ ζητεῖται, εἰ χρὴ βοηθεῖν τοῖς Ὀλυνθίοις, ἐν δὲ τούτῳ τὸ μὲν βοηθεῖν ἤδη δέδεικται, τὴν δὲ ῥώμην ὀκνοῦσι τοῦ Μακεδόνος καὶ τὴν ἰσχύν* [61]). Utramque autem hanc

61) Ulpianus patronum nactus est *Westermannum* p. 27. contra *Rauchenstein.* p. 6 et XXI. Adde ejusdem verba ad II, 1 laudata.

orationem proxime se excepisse, verissime contendit *Beckerus* p. 96, his usus verbis: „Die 2. Olynth. Rede ist vielleicht, wie manche Umstände vermuthen lassen, sehr bald nach der 1. gesprochen, da die Ausführung der verheissenen Hülfe theils durch Mangel an Geldmitteln sich verzögerte, theils durch Muthlosigkeit der Athenäer hinausgeschoben wurde“ [62]). At ne quis huic secundae orationi primum locum propterea vindicandum putet, quod Dem. § 1 Olynthios nominat *τοὺς πολεμήσοντας Φιλίππῳ*, tenendum est, Philippum invasisse urbes Chalcidicas, legatos Athenas fuisse missos, verum Olynthios nondum ipsos arma cepisse, exspectantes scilicet opes Atheniensium. Illos autem ipsos intelligendos esse colligo inde, quod dicit eos ita sentire de bello, ut pacem cum Philippo infidam et patriae suae excidium esse putent [63]). Quodsi intra orationem I. et II. nulla auxilia ab Atheniensibus missa sunt, corruit sententia Rauchensteinii p. XVI et Westermanni p. 41 de necessitudine expeditionum et orationum Olynthiacarum. Triplicem autem legationem Olynthiorum et triplex auxilium Atheniensium ut Philochoro concedimus, ita Demosthenis tres orationes ex hac re aptas esse negamus, quarum duae priores Ol. 107, 3, tertia anno sequenti habita videtur.

62) Assentitur *Boehneck.* p. 162.

63) Aliam rationem iniit *Westermannus* meus p. 55, quam persequi et excutere longum est.

ARGUMENTUM

OLYNTHIACAE PRIMAE *)

habitae arch. Apollodoro Ol. 107, 3. a. Chr. 350. (secundum Dionysium est tertia et hab. arch. Callimacho Ol. 107, 4. a. Chr. 349).

Orator Athenienses, ut attente audirent, invitatos (§ 1)

I. *cohortatur* 1. ut celerrime auxilia Olynthiis mittenda decernant et apparent, ac legationem, quae hoc polliceatur, mittant (§. 2), nam metuendum esse, ne Philippus calliditate sua praeveniat (§ 3), quanquam Olynthios regi potentia abusuro confisuros esse negat (§ 4. 5). 2. ut pecuniam conferentes et militiam subeuntes (§ 6) occasione sponte oblata Philippum opprimendi utantur (§ 7) nec idem, quod olim, perpetiantur (§ 8) adeoque Macedonis opes augeant (§ 9), sed divina benignitate freti (§ 10) res amissas recuperent (§ 11), ne Philippus, Olyntho capta, quaqua versus contendat, cujus rei testimonia e rebus ab ipso gestis repetuntur (§ 12. 13). Esse enim tam impigrum hominem, ut in opibus jam paratis non sit acquieturus, sed arma denique in Athenienses, socordiae poenam luentes, illaturus (§ 14. 15).

---

*) Haec oratio praeter exordium (§ 1) et perorationem (§ 28) bipartita est et, ne dicam ardore, tamen arte dicendi reliquis Olynthiacis cedit. Praeter argumenta Tourelli et Lucchesinii, quae in prolegg. laudavi, contulisse juvabit *Voemelium* p. 117 sqq. *Reuterum* p. 177. *Westermann.* Qu. Dem. I p. 26. *Jacobs.* Uebers. p. 163. *Brückner.* Kön. Phil. p. 340. *Boehnecke* p. 161. *Auger.* p. I sqq.

II. *Rogat,* suam salutem periclitans (§ 16), duplicem modum, quo subveniendum sit: opem ferendo Olynthiis, et Macedoniam adgrediendo, alterutro neglecto omne conamen irritum fore (§ 17. 18). Rogationem confirmat dicens

1. non deesse pecuniam, modo Athenienses eam recte vel adhibeant vel colligant (§ 19. 20).

2. Philippi potentiam infirmam esse, neque Thessalos fidos neque sua vectigalia amplius concessuros, ceteros quoque populos, quos devicerit, adfectare libertatem, ita ut hos aegre contineat (§ 21. 22); esse igitur hanc occasionem capessendam, quam si Philippus nanciscatur, neutiquam sit e manibus dimissurus (§ 23. 24).

3. rem jam in ancipiti esse, utrum Philippus in Atheniensium an ipsi in illius terra bellum sint gesturi (§ 25), nam Olyntho potitum Macedonem non impediri, quominus huc sit venturus (§ 26): plurimum autem differre, utrum domi an foris bellum fiat (§ 27).

Peroratio.

Et civibus et oratoribus suum est faciendum, ut res prosperum habeant eventum (§ 28).

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΙ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΥ Α.

1 Ὄλυνθος ἦν πόλις ἐπὶ Θρᾴκης, Ἑλληνικὸν δὲ ταύτῃ τῶν6 ἐνοικούντων τὸ γένος, ἀπὸ Χαλκίδος τῆς ἐν Εὐβοίᾳ· ἡ δὲ Χαλκὶς Ἀθηναίων ἄποικος. πολλοὶ δὲ πόλεμοι καὶ ἔνδοξοι7 τῆς Ὀλύνθου· Ἀθηναίοις τε γὰρ ἐπολέμησεν ἄρχουσι τῶν Ἑλλήνων τὸ παλαιὸν καὶ αὖθις Λακεδαιμονίοις. χρόνῳ τε εἰς δύναμιν προῆλθε μεγάλην, καὶ τῶν συγγενῶν πόλεων ἐπῆρχεν· ἦν γὰρ ἐπὶ Θρᾴκης πολύ τι γένος Χαλκιδικόν.

§ 1, 5. τε, *Turicc.* δὲ.

§ 1. Ὄλυνθος, de hac urbe ejusque situ et rebus gestis vid. Prolegg. Cap. I. § 1. — Θρᾴκης, cf. Xen. Hell. V, 2, 12. Plin. IV, 11. Mel. II, 2. — Ἀθηναίων ἄποικ. Strab. X, p. 430. ed. Bas. (T. IV. p. 23. Tzsch.) haec habet: ἡ Χαλκὶς μητρόπολις τῆς νήσου τρόπον τινὰ ἐπ' αὐτῷ τῷ Εὐρίπῳ ἱδρυμένη, ἀμφότεραι δὲ (Eretriam intelligit) πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ὑπ' Ἀθηναίων ἐκτίσθαι λέγονται. Cfr. Mannert Geogr. VIII, p. 254. — πολλοὶ δὲ πόλ. καὶ „adjectivum praecedenti πολύς per καὶ saepe jungitur" *Herm.* ad Vig. p. 838. Vid. Dem. I, 15. III, 36. Plat. Apol. S. c. 7. 8. 16. Bergmann et Benseler ad Isocr. Areop. p. 175. E Latinis cfr. Hor. Sat. II, 3, 9: multa et praeclara, ibique Heindf. Quintil. X, 1, 95 et interpp. — ἄρχουσι, intelligit principatum utriusque populi (Athen. Ol. 87, 4. Laced. 99, 2), de quo vid. ad Lib. vit. Dem. § 12. Quod praecedit τέ γὰρ i. q. καὶ γὰρ *etenim*, vid. Schaef. App. II, 579. — χρόνῳ τε — καὶ, *quemadmodum — ita.* Dem. XXIII, 199. Hartung gr. Part. I, p. 99. Quare neque Baiterus δὲ de suo pro τε edere debebat, neque Frankius colon ante χρόνῳ ponere. — ἐπῆρχεν, Olynthus non solum superior fuit ceteris civitatibus, quibuscum eandem habebat originem, sed omnia fere illius regionis loca in fidem et societatem receperat. — Χαλκιδικόν, Strab. l. l. haec: ἡ δὲ Χαλκὶς τὰς ὑπὸ Ὀλύνθῳ (πόλεις συνῳκισε), ἃς Φίλιππος διελυμήνατο.

Φιλίππῳ δὲ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ συμμαχίαν οἱ Ὀλύν- 2
θιοι ποιησάμενοι, καὶ πολεμοῦντες μετ' αὐτοῦ πρὸς Ἀθη-
ναίους τὸ κατ' ἀρχάς, καὶ τοῦτο μὲν Ἀνθεμοῦντα παρὰ
τοῦ Μακεδόνος εἰληφότες, πόλιν ἀμφισβητήσιμον Μακε-
δόσι καὶ Ὀλυνθίοις, τοῦτο δὲ Ποτίδαιαν, ἣν Ἀθηναίων
ἐχόντων ἐκπολιορκήσας ὁ Φίλιππος Ὀλυνθίοις παρέδωκεν,
ὕστερον ὑποπτεύειν ἤρξαντο τὸν βασιλέα, ὁρῶντες αὐτοῦ
ταχεῖαν καὶ πολλὴν τὴν αὔξησιν, οὐ πιστὴν δὲ τὴν γνώ-
μην. ἀποδημοῦντα δὲ τηρήσαντες αὐτὸν, πέμψαντες πρέσ- 3
βεις πρὸς Ἀθηναίους κατελύσαντο τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλε-
μον, ποιοῦντες τοῦτο παρὰ τὰς συνθήκας τὰς πρὸς Φίλιπ-
πον. συνετέθειντο γὰρ καὶ κοινῇ πολεμεῖν πρὸς Ἀθηναί-
ους, κἂν ἄλλό τι δόξῃ, κοινῇ σπείσασθαι. ὁ δὲ Φίλιππος,
πάλαι μὲν προφάσεως ἐπ' αὐτοὺς δεόμενος, τότε δὲ ταύ-

§ 2. *τὸ κατ' ἀρχάς*, illud significatur tempus, quo Phil., Illyriis victis, Olynthiorum animos sibi conciliare studebat. Ol. 105, 4, vid. Prolegg. c. II. § 2. — *Ἀνθεμοῦντα*, Steph. Byz. s. h. v. et Plin. IV, 10. hanc Macedoniae fuisse urbem dicunt; Dem. VI, 20: *Ἀνθεμοῦντα μὲν αὐτοῖς (Ὀλυνθίοις) ἠφίει, οὗ πάντες οἱ πρότερον Μακεδονίας βασιλεῖς ἀντεποιοῦντο*, unde patet, regum Macedoniae plurimum interfuisse, hanc tenere urbem, quae in confinio Macedoniae et Chalcidices sita erat. — *τοῦτο δὲ Ποτίδαιαν*, de vinculo per *τοῦτο μὲν — τοῦτο δὲ* vid. Herm. ad Vig. p. 702. Matth. Gr. § 288, n. 2 et de Potidaea, Macedoniae urbe, Dem. II, 7. — *πολλὴν τὴν αὔξησιν*, nam Philippus inde ab Ol. 106, 3 et urbibus potitus est et in agros invasit alienos. Diod. Sic. XVI, 8 ibique Wessel. — *οὐ πιστὴν*, perfidiae rex saepe incusatur a Demosthene, vid. II, 7 ibique notata. Valcken. or. de Philippo p. 237. Weisk. hyp. I, p. 47, et ad Lib. vit. Dem. § 14.

§ 3. *πρέσβεις — πόλεμον*, non ea legatio significatur, quae Ol. 105, 3 (Dem. I, 8), sed quae 106, 4 missa fuit, quum Philippus (*ἀποδημῶν*) bello Thessalorum implicitus erat. *Bellum* autem pertinet ad simultates nuper de Potidaea, quam, Atheniensibus ademtam, rex Olynthiis tradiderat, exortas: hae enim per istos legatos compositae erant. Lege verba Demosthenis, quae in Prolegg. c. II § 3. ex or. XXIII, 109 attuli. — *συνετέθειντο*, hoc verbum refertur ad foedus, de cujus conditionibus conventum est, *σπείσασθαι* et ad inducias (Ammon. s. *σπονδαί*) et ad ipsam pacem. Xen. Hell. II, 2, 12: *περὶ εἰρήνης — ἀντέλεγον μὴ σπένδεσθαι Ἀθηναίοις.* — *προφάσεως*, „non solum ob amicitiam cum Atheniensibus initam, sed etiam ob fratres ipsius receptos bellum Philippus intulit Olynthiis.“ *Voemel.*

την λαβὼν, ὡς τὰς συνθήκας παραβεβηκόσι καὶ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τοὺς ἑαυτοῦ φιλίαν ἐσπεσμένοις πόλεμον ἐπήνεγ-
4 *κεν. οἱ δὲ πεπόμφασι πρέσβεις εἰς Ἀθήνας περὶ βοηθείας, οἷς ὁ Δημοσθένης συναγορεύει, βοηθεῖν κελεύων τοῖς Ὀλυνθίοις. καί φησι τὴν Ὀλυνθίων σωτηρίαν ἀσφάλειαν εἶναι τῶν Ἀθηναίων· σωζομένων γὰρ τῶν Ὀλυνθίων οὐδέποτε ἥξειν εἰς τὴν Ἀττικὴν Φίλιππον, ἀλλὰ τοῖς Ἀθη-*
8 *ναίοις ἐξουσίαν ἔσεσθαι πλεῖν ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν κἀκεῖ ποιεῖσθαι τὸν πόλεμον· εἰ δὲ ὑπὸ Φιλίππῳ γένοιτο ἡ πόλις αὕτη, ἀνεῖσθαι τὴν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους ὁδὸν τῷ βασιλεῖ. φησὶ δὲ δύσμαχον εἶναι τὸν Φίλιππον οὐχ ὡς ὑπείληπται, θαρσύνων ἐπ' αὐτὸν τοὺς Ἀθηναίους.*

5 *Διείλεκται δὲ καὶ περὶ τῶν δημοσίων χρημάτων, συμβουλεύων ποιῆσαι αὐτὰ στρατιωτικὰ ἀντὶ θεωρικῶν. καὶ τὸ ἔθος οὐ πρόδηλον ὄν, ᾧ ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι, ἀνάγκη σαφηνίσαι. οὐκ ὄντος τὸ παλαιὸν θεάτρου λιθίνου παρ'*

§ 4, 4. *εἶναι τῶν Ἀθηναίων*] *τῶν Ἀθηναίων εἶναι* **Tur.** — 9. *δύσμαχον*] *δυσμάχητον* **Bk.** 1816, 25 *et* 35. — *ibid. οὐχ ὡς e H. Wolfii omnes edd. pro vulg. οὕτως,* **Auger.** *οὕτως ὡς.* — § 5, 2. *ποιῆσαι αὐτά*] *αὐτὰ ποιῆσαι* **Bk.** 1816.

§ 4. *συναγορεύει* etiam legitur vit. Dem. § 8, ubi vide. — *κελεύων*, Dem. I, 15. 25. — *γένοιτο*, quanquam in aliquot codd. apud Reisk. et Bekk. *γένηται* legitur et, Hermanno auctore ad Vig. p. 831, praeter Homerum, scriptores ionicos et poetas lyricos recentiores et deterioris notae scriptores *εἰ* cum conjunctivo jungunt, tamen soloecismum a Libanio, plerumque Atticismo adhaerente, alienum putavi. Matth. § 525, 7, 6. Rost 186, addit. 1. Buttm. § 139, 6. Schaefer difficilem electionem esse judicat. — *ἀνεῖσθαι*, Suid. et Bekk. Anecd. I, 396 explic. *λέλυσθαι*. — *δύσμαχον*, cfr. Dem. 1, 4 coll. § 22. Vulgata lectio *δυσμάχητον* nuspiam reperitur nisi Isocr. XI, 13, ubi Bekker. nunc ex Urb. *δύσμαχος* edidit. — *οὐχ ὡς ὑπείληπται*, dicit Philippum sane difficile vinci posse, sed non ita ut putatum est, i. e. ut devinci plane non possit. „Non quomodo vulgo existimatur, sed ita ut tamen spes sit victoriae.“ *Frank.*

§ 5. *διείλεκται* involvit notionem agendi apud populum. — *τὸ ἔθος*, de accus. absol. vid. Buttm. § 145, not. 7. Rost § 182. not. 5. — *θεωρικῶν* „haec pars in tertia Olynthiaca tractatur maxime. Sed vides, hanc hypothesin non ad primam duntaxat, sed in universum ad omnes pertinere Olynthiacas.“ *Wolf.* Cf. ad III, 11 coll. I, 19.

αὐτοῖς, ἀλλὰ ξυλίνων συμπηγνυμένων ἰκρίων, καὶ πάντων καταλαμβάνειν τόπον σπευδόντων, πληγαί τε ἐγίνοντο καί που καὶ τραύματα. τοῦτο κωλῦσαι βουληθέντες οἱ προεστῶτες τῶν Ἀθηναίων ὠνητοὺς ἐποιήσαντο τοὺς τόπους, καὶ ἕκαστον ἔδει διδόναι δύο ὀβολούς, καὶ καταβαλόντα θέαν ἔχειν. ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν οἱ πένητες τῷ ἀναλώματι λυπεῖσθαι, ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνειν ἕκαστον ἐτάχθη τοὺς δύο ὀβολούς. ἐντεῦθεν μὲν οὖν τὸ ἔθος ἤρξατο, προῆλθε 6 δὲ εἰς τοσοῦτον ὥστε οὐκ εἰς τοῦτο μόνον ἐλάμβανον, ἀλλὰ ἁπλῶς πάντα τὰ δημόσια χρήματα διενέμοντο. ὅθεν καὶ περὶ τὰς στρατείας ὀκνηροὶ κατέστησαν· πάλαι μὲν γὰρ

§ 5, 9. ἀναλώματι λυπεῖσθαι] λυπεῖσθαι ἀναλ. *Bk.* 1816. — § 6, 2. εἰς τοσοῦτον ὥστε οὐκ εἰς τοῦτο] *olim ita edidi, et Tur.*, εἰς τοῦτο ὥστε οὐκ εἰς τοὺς τόπους *Bk. Dindf. Voem. Frank.*

§ 24, 4. ὑμῖν] ἡμῖν *pr* Σ *ap. Dindf.* — 9. καὶ καθ'] καθ' Σ. — 10. αὐτῶν ἐν μ. Σ, αὐτῶν ἕκαστον ἐν μ. *Vulg. et edd. Vid. adn.*

niewski p. 21 sqq.), *Boeotium*, quod teste schol. ὁ πόλεμος περὶ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων vocabatur, et h. l. et IV, 3 Demosthenis menti obversatum fuisse videtur. Etenim quum Lacedaemonii Ol. 100, 2 Cadmea occupata multos e patria expulissent, hi ipsi Atheniensium implorant opem et Lacedaemonios fugant, Diod. XV, 26. Chabrias Spartanorum copias maritimas fundit, Diod. XV, 34, Ol. 100, 4. Timotheus naves eorundem ad Leucaden disjicit, Diod. XV, 36. Pace paullo post facta Graecis urbibus libertas vindicatur, Diod. XV, 50. Et haec quidem refertur ad τὰ Ἑλλ. δίκαια, quae ut h. l. ἰδίᾳ, ita XV, 29. τοῖς ἰδίοις δικαίοις opponuntur. Cfr. Tiber. Walz. VIII. p. 548. — ἀντήρατε sensu neutrali *propulsandi* notionem habet, VI, 5: μέγεθος δυνάμεως, πρὸς ἣν οὐδ' ἀντᾶραι δυνησόμεθα. Bekk. Anecd. I. p. 26 per ἀνταναστῆσαι explicatur. — ἐξὸν, cfr. III, 9. 27, δέον VI, 3, δοκοῦν Eur. Hec. 116. 502, παρὸν Soph. Phil. 1099, μέλον Plat. Ap. S. p. 24 D. Herm. ad Vig. p. 769 haec participia non accusativo, sed nominativo casu accipienda esse censet. — ἵνα τύχωσι, de conjunctivo pro optat. dixi ad Lib. Vit. Dem. § 11 et Franke Z. f. Alterth. 1839 p. 1245. — προεκινδυνεύετε, schol. πρὸ αὐτῶν καὶ ὑπὲρ αὐτῶν τῶν Ἑλλήνων. Dem. XVIII, 208 vocat Athenienses τοὺς Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας et Thuc. I, 73 dicit: φαμὲν γὰρ Μαραθῶνι μόνοι προκινδυνεῦσαι τῷ βαρβάρῳ, ubi vid. Wass. et Poppo. Multus est hac de re Isocr. IV. 61. 75. 98. 142. Luc. Dial. M. XIV, 6. — πάντας — αὐτῶν, non solum Athenienses in bellis Persicis communem Graecorum libertatem defenderant, sed etiam singulos tuiti erant, ut Ol. 105, 3. Euboeenses contra Thebanos, vid. Dem. XVIII, 99. Rehdantz vit. Chabr. p. 199. Vulgo post αὐτῶν additur ἕκαστον. Sed quum haec vox ab optimo cod. absit h. l. pariter atque IX, 22 καθ' ἕνα τῶν Ἑλλήνων, ejicienda videbatur. Quanquam ibid. § 35. XVIII, 17. XXI, 142. XXV, 41 eam additam vides, tamen horum locorum alia est ratio. De substantivo

25 λεκότες κάθησθε. ταῦτα θαυμάζω, καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, εἰ μηδὲ εἷς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δύναται λογίσασθαι πόσον πολεμεῖτε χρόνον Φιλίππῳ καὶ τί ποιούντων ὑμῶν ὁ χρόνος διελήλυθεν οὗτος. ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι μελλόντων αὐτῶν, ἑτέρους τινὰς ἐλπιζόντων πράξειν, αἰτιωμένων ἀλλήλους, κρινόντων, πάλιν ἐλπιζόντων, σχεδὸν ταὐτὰ ἅπερ νυνὶ ποιούντων ἅπας ὁ χρό-
26 νος διελήλυθεν. εἶθ' οὕτως ἀγνωμόνως ἔχετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὥστε δι' ὧν ἐκ χρηστῶν φαῦλα

§ 25, 4. ὁ χρόνος Σ *Bk.* 1835. *Tur. Voem.* 1843, *Frank.*, ἅπας ὁ χρόνος *Bk.* 1816, 24 *et* 25, *Dindf. Voem.* 1829. *Funkh. Reut.* Οὗτος, *quod post* διελήλυθεν *legitur*, *Bkk.* 1825 *omisit.* — 6. αὐτῶν Σ *et cum Bekk. omnes edd. Vulg.* ὑμῶν. — 8. ἅπας ὁ χρόνος] ὁ χρόνος ἅπας *Bk.* 1816 *cum Reisk.*

hujus formulae usu (*singulos*) vid. ad Phil. III, 22 et Buttm. Ind. Mid. p. 177. Wolf et Auger. e Felic. edid. καθ' ἕκαστον sine ἕνα αὐτῶν.

§ 25. δύναται, non potest computare, quanquam posset, si vellet. Ita non est, cur cum Hesychio δύνασθαι pro θέλειν dictum putes, IV, 20. 39. — πόσον χρόνον, *Jacobs* ab Ol. 107, 1., ubi Thermopylas urgebat Philippus, numerat; ni fallor, rectius numerabis ab Ol. 105, 3, quum Amphipolis capiebatur, vid. Aeschin. III, 54: ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἐν ᾧ πρὸς Φίλιππον ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως ἐπολεμοῦμεν. Assentitur Boehnecke p. 239. n. 6. — τί ποιούντων, ut IV, 10: ἐπειδὰν τί γένηται, ubi vide et Rost. §. 166, 4, b, aa. — δήπου, *videlicet* I, 22. III, 9. V, 20. Vig. p. 499. — αὐτῶν i. e. ὑμῶν αὐτῶν (cfr. § 27) opponitur ἑτέρ. τινὰς. Nonne scribendum αὑτῶν ut I, 2? — τιν. ἐλπιζ. — schol. οἷον τοὺς ξένους καὶ Χάρητα καὶ Χαρίδημον. Simile quid exprobrat civibus XIV, 15: ἀπεβλέψατε πρὸς ἀλλήλους ὡς αὐτὸς μὲν ἕκαστος οὐ ποιήσων, τὸν δὲ πλήσιον πράξοντα. — αἰτιωμένων, recte schol. refert ad eundem illum Charetem, qui accusaverat Timotheum et Iphicratem, vid. ad § 28. IV, 47 et Rehdantz p. 208 sq. — πάλιν ἐλπιζ., nam duces rei facti quum promitterent, se insulas esse expugnaturos, absolvebantur: temere nova de iis concepta est spes. — ἅπας ὁ χρόνος, plenius jam *omne* illud tempus, quod cunctando, accusando, sperando contriverant, significat.

§ 26. εἶτα *indignantis* est ut I, 24, ubi vide plura. — ἀγνωμόνως, schol. ἀγνώμονας λέγει τοὺς ἀνοήτους κατὰ στέρησιν τῆς γνώμης, et Harpocrat., qui hunc l. respicit, per ἀλογίστως explicat. Bkk. Anecd. p. 329 ἀνοήτως. — φαῦλα, Etym. M. p. 789, 45: τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ

τὰ πράγματα τῆς πόλεως γέγονε, δια τούτων ἐλπίζετε τῶν αὐτῶν πράξεων ἐκ φαύλων αὐτὰ χρηστὰ γενήσεσθαι; ἀλλ' οὔτ' εὔλογον οὔτ' ἔχον ἐστὶ φύσιν τοῦτό γε· πολὺ γὰρ ῥᾷον ἔχοντας φυλάττειν ἢ κτήσασθαι πάντα πέφυκεν. νυνὶ δὲ ὅ, τι μὲν φυλάξομεν, οὐδέν ἐστιν ὑπὸ τοῦ πολέμου λοιπὸν τῶν πρότερον, κτήσασθαι δὲ δεῖ. αὐτῶν οὖν ἡμῶν ἔργον τοῦτ' ἤδη.

Φημὶ δὴ δεῖν εἰσφέρειν χρήματα, αὐτοὺς ἐξιέ- 27
ναι προθύμως, μηδὲν' αἰτιᾶσθαι, πρὶν ἂν τῶν πραγμάτων κρατήσητε, τηνικαῦτα δὲ ἀπ' αὐτῶν τῶν
26ἔργων κρίναντας τοὺς μὲν ἀξίους ἐπαίνου τιμᾶν, τοὺς δ' ἀδικοῦντας κολάζειν, τὰς προφάσεις δ' ἀφελεῖν καὶ τα καθ' ὑμᾶς ἐλλείματα· οὐ γὰρ ἐστι πι-

§ 26, 5. ἐστὶ *om. Σ.* — 7. νυνὶ *Σ et Vulg.*, νῦν *Dindf.* 1846.

τοῦ μικροῦ καὶ εὐκαταφρονήτου, ὡς Δημοσθένης. — ἔχον ἐστὶ φύσιν, hanc loquutionem adfert et explicat Vig. 254. vid. Stallb. ad Plat. Phaedon. p. 100. C. et Dem. XXI, 19: τοῦτ' οὐκ ἔχον ἐστὶν ὑπερβολὴν ἀκαθαρσίας; — πέφυκεν, *naturae rei consentaneum est*, III, 19. XIV, 30. Voemel. comparat Sall. Cat. 51: profecto virtus atque sapientia major in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus. Ne Dem. I, 23 fin. cum hac sententia dissentire videatur, alter locus est τῶν ἀνοήτων. — νυνὶ δὲ, *hoc postremo tempore*. Dindf. 1846, Schaefero, ni fallor, obsequutus, ex aliquot libris dedit νῦν δὲ, sed vid. ad § 14 et § 24. Schoemann ad Isae. p. 187 et 189. — ὑπὸ τοῦ πολ., *prae bello* sc. Amphipolitano.

§ 27. φημὶ δὴ δεῖν, schol. dicit, Demosthenem ad *peroratio-nem* transire. Infinitivum δεῖν ut § 11 cum ἡμᾶς structum vides, ita IV, 8. sine illo. Vig. 206. — κρατήσητε, *rebus potiri*, i. e. incepta ad finem perducere; eam ipsam expeditionem, de qua ad § 25 dictum, videtur in mente habere. — ἔργων, Diod. S. XV, 95 exemplum Leosthenis adfert, qui temere condemnabatur. ἀπὸ, quod praecedit, eodem modo habes I, 22. IV, 29. Cfr. Matth. p. 1130. — προφάσεις — ἐλλείματα, causis, quas praetexebant duces, sua vanitas quodammodo adimitur eo, quod ipsi Athenienses suis deerant officiis; ἐλλείμ. schol. ὑστερήματα, i. e. stipendia, quae militibus pen-

κρῶς ἐξετάσαι τί πέπρακται τοῖς ἄλλοις, ἂν μη παρ' 28 ὑμῶν αὐτῶν πρῶτον ὑπάρξῃ τὰ δέοντα. τίνος γὰρ ἕνεκα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίζετε, τοῦτον μὲν φεύγειν τὸν πόλεμον πάντας ὅσους ἂν ἐκπέμψητε στρατηγούς, ἰδίους δ' εὑρίσκειν πολέμους, εἰ δεῖ τι τῶν ὄντων καὶ περὶ τῶν στρατηγῶν εἰπεῖν; ὅτι ἐνταῦθα μέν ἐστι τὰ ἆθλα, ὑπὲρ ὧν ἐστὶν ὁ πόλεμος, ὑμέτερα· Ἀμφίπολις ἂν ληφθῇ, παραχρῆμα ὑμεῖς κομιεῖσθε· οἱ δὲ κίνδυνοι τῶν ἐφεστηκότων ἴδιοι, μισθὸς δ' οὐκ ἔστιν· ἐκεῖ δὲ κίνδυνοι μὲν ἐλάττους, τὰ δὲ λήμματα τῶν ἐφεστηκότων καὶ

§ 28, 7. ἄν *Bk.* 1824 *et* 35, *Voem. Funkh. Frank. Dindf.* 1825, κἄν *Bk.* 1816 *et* 25. *Tur. Dindf.* 1846. — *ibid.* παραχρῆμα *Σ ap. Dindf. et hic ipse* 1846, παραχρῆμα αὐτὴν *cet. edd.*

dere debebant, insumebant in spectacula. — πέπρακτ. τοῖς ἄλλοις, i. e. ὑπὸ τῶν ἄλλων, cfr. § 10. De re vid. IV, 25.

§ 28. Notandum est, Demosthenem ubique *Charetem*, quem h. l. et IV, 24 tangit, a criminationibus Aeschinis aliorumque defendere. Hic enim quum II, 71 dixisset, bello Amphipolitano ducem istum amisisse LXXV urbes socias et CXXX naves, addit: καὶ ταῦτα ὑμῖν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀεὶ τοῦ Χάρητος οἱ κατήγοροι δεικνύουσι. Contra Dem. XIX, 332: Χάρης ἐυρήσεται πιστῶς καὶ εὐνοϊκῶς — πράττων ὑπὲρ ὑμῶν. Multa quoque eorum, quae hic dicit, eodem spectare videntur. Add. Corn. Nep. Chabr. 3: „Dissimilis quidem Chares eorum (Iphicrat. Timoth.) et factis et moribus, sed tamen Athenis et honoratus et potens.“ Vid. Wachsmuth H. A. I. p. 280, Weber Prolegg. Aristocr. p. XLI, Jacobs Uebers. p. 112. ed. 2, quorum illi accusant, hic excusat imperatorem. — ἐκπέμψητε vel ad bellum Amphipolitanum Ol. 105, 3—108, 2, vel sociale Ol. 105, 3 — 106, 1. — ἰδίους schol. explicat οὓς αὐτοὶ ποιοῦνται ἐκτὸς τῆς πόλεως. In εὑρίσκειν subest notio studii ejusque callidi: ita saepe Noster λόγον εὑρεῖν, XIV, 14. XVIII, 191. Ex eodem genere VI, 12 εὑρηκέναι ἀρχήν, de qua locutione vid. Buttm. Ind. Mid. p. 167 et Steph. Thes. III, 8 p. 2418. — ἂν ληφθῇ scripsi sequutus libros omnes Bekkeri, quanquam lectio altera κἂν (*etiamsi*) bene habet: haec potius quam illa interpreti deberi videtur. De asyndeto cfr. Funkhaen. Quaest. p. 36. Paullo post αὐτὴν omisi, ut supra § 6 αὐτὸν. — ἐκεῖ sc. in bellis, quae imperatores, ab aliis sollicitati, proprio Marte suscipiunt, ἐνταῦθα pertinet ad bella publice gesta. — λήμματα i. e. δῶρα ἢ λαμβανόμενα,

τῶν στρατιωτῶν, Λάμψακος, Σίγειον, τὰ πλοῖα ἃ συλῶσιν. ἐπ' οὖν τὸ λυσιτελοῦν αὑτοῖς ἕκαστοι χαροῦσιν. ὑμεῖς δέ, ὅταν μὲν εἰς τὰ πράγματα 29
ἀποβλέψητε φαύλως ἔχοντα, τοὺς ἐφεστηκότας κρίνετε· ὅταν δὲ δόντες λόγον τὰς ἀνάγκας ἀκούσητε ταύτας, ἀφίετε. περίεστι τοίνυν ὑμῖν ἀλλήλοις ἐρίζειν καὶ διεστάναι, τοῖς μὲν ταῦτα πεπεισμένοις, τοῖς δὲ ταῦτα, τὰ κοινὰ δ' ἔχειν φαύλως. πρότερον μὲν γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰσεφέ-

§ 29, 4. *ὑμῖν ex aliquot codd. omnes edd. Vulg.* ἡμῖν.

largitiones, quibus quis corrumpitur, III, 33. V, 12. VIII, 125. Plut. Pericl. c. 9: *λήμματα δικαστικά*. Orv. ad Char. p. 252. Opponuntur *τοῖς ἄθλοις*, quae ex honestiore certamine exorta majoris sunt contentionis, IV, 5. — *Λάμψακος — συλῶσιν*, *Lampsacus*, urbs Asiae minoris juxta Propontidem ob vini abundantiam celeberrima, inde ab Ol. 98, 2 Persarum fuit. Cf. Steph. Byz. s. h. v. *Sigeum*, promontorium in Mysia; uterque locus in Artabazi, Satrapae Persici, provincia situs, qui Chareti Ol. 106, 1 haec loca concessisse videtur, nam auctore Diod. Sic. XV, 95 *οὗτος* (*Χάρης*) *τοὺς μὲν πολεμίους εὐλαβούμενος, τοὺς δὲ συμμάχους ἀδικῶν διετέλει*. Coll. XVI, 22 et 34. Aeschin. II, 71 dicit, Athenienses *χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα οὐκ εἰς στρατιώτας, ἀλλ' εἰς ἡγεμόνων* (Dejaretis, Deipyri, Polyphontis) *ἀλαζονείας ἀνηλωκέναι*. Hinc intelligitur, cur Chares ob invidiam et odia Atheniensium, quae post expertus est, Sigeum se contulerit. Theopomp. Athen. XII. p. 532 B. Boehnecke Forschungen p. 650. *Sauppius* haec: „hic locus ita videtur explicandus esse, ut Charetem putemus, quum Artabazo opem ferret, urbes istas aut pignoris loco accepisse aut invito, sed permittente Artabazo occupasse." Ceterum simile asyndeton habet Orator VIII, 25, quo loco quum dixisset, insulanos imperatoribus *εὐνοίας διδόναι*, addit causam hanc: *ὠνούμενοι μὴ ἀδικεῖσθαι τοὺς ἐμπόρους, μὴ συλᾶσθαι, παραπέμπεσθαι τὰ πλοῖα τὰ αὑτῶν, τὰ τοιαῦτα*. — *αὐτοῖς*, vulg. *αὑτοῖς*, sed editores omnes nunc *αὐτοῖς*, quod sensus requirit, nam subjectum non tam remotum est, ut demonstrativo locus sit. Vid. I, 5. II, 4. 7.

§ 29. *δόντες λόγον*, est locutio forensis (Meier u. Schoemann Att. Proc. p. 706) eorum, qui aliis facultatem dant dicendi causam, vid. § 31. XX, 167. — *τὰς ἀνάγκας ταύτας*, significantur causae belli necessariae, quibus illi se purgabant quasque omnes norant, ut IV, 19 *ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις*. H. l. intelligit *τὰ ἐλλείμματα* § 27. — *διεστάναι*, schol. *διακεχωρίσθαι καὶ διχονοεῖν*. — *συμ-*

ρετε κατὰ συμμορίας, νυνὶ δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας· ῥήτωρ ἡγεμὼν ἑκατέρων καὶ στρατηγος ὑπὸ τούτῳ καὶ οἱ βοησόμενοι, οἱ τριακόσιοι, οἱ δ' ἄλλοι προσνενέμησθε οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δὲ ὡς ἐκείνους. δεῖ δὴ ταῦτα ἐπανέντας καὶ ὑμῶν αὐτῶν

§ **29**, 10. *οἱ τριακόσιοι Σ et Vulg. Cum Bekk. omnes edd. praeter Dindf. et Reuterum, articulum, ut XIII*, 20 *omittentes.* — § **30**, 2. *καὶ τὸ βουλ. κ. τὸ λέγ. Σ Frank. Saupp. Voem.* 1843, *καὶ τὸ λέγ. κ. τὸ βουλ. Bk. Reut. Funkh. Dindf. Voem.* 1829, *Turicenses ne notarunt quidem discrepantiam.*

μορίας, Libanius in argumento orationis Demosthenicae, quae *περὶ τῶν συμμοριῶν* inscribitur, *συμμορίαν* vocat *τὸ τῶν λειτουργούντων σύνταγμα*, i. e. societas tributis conferendis (*εἰσφέρειν*) destinata. Totus Atheniensium coetus Nausinico archonte Ol. 100, 3 in XX symmorias dividebatur, quarum singulae sexagenis capitibus constabant. Hi mille ducenti in duas partes dividebantur, et rursus hae in binas, ut essent quatuor, unaquaeque trecentorum, qui re familiari antecellerent, et quibus onus conferendae in bellum aliosque publicos usus pecuniae demandatum erat. Hae ipsae summa potestate ornatae habebant suos duces (*ἡγεμόνας*). Jam Demosthenes *duas* (*ἑκατέρων*) quasi concionantium partes fingit, quarum oratores ipsis praesunt. Mens enim oratoris haec est: olim conferebatis secundum symmorias, nunc secundum symmorias rempubl. geritis, i. e. in classes et factiones divisi estis, alteris hanc, alteris illam sequentibus. Eadem fere est sententia H. *Sauppii* in Epist. ad G. Hermannum (Lips. 1841) p. 131, cui adsentior contra Boeckhium (Ath. Staatsh. II. p. 63), qui ditiores et pauperiores distingui vult, et contra Parreidtium (de Symmor. Magdebg. 1836, p. 20), qui *ἑκατέρων* ad symmorias tributarias et trierarchicas refert. Vid. Harpocr. et Suid. *s.* v. Thom. M. p. 728. F. A. Wolf ad Lept. p. XCVI, Wachsmuth II. p. 97 sq. Winiewski p. 201. Schoemann antiq. jur. publ. p. 322. — *βοησόμενοι* — lectio vulg. *βοηθησόμενοι* a schol. perperam de h. l. disputante servata grammaticae repugnat — refer ad clamorem concionalem, qua vel huic (*τούτους*) vel illi (*ἐκείνους*) parti adhaerent. Vid. Plat. Apol. S. p. 32 B: *ἑτοίμων ὄντων ἐνδεικνύναι με καὶ ἀπάγειν τῶν ῥητόρων, καὶ ὑμῶν κελευόντων καὶ βοώντων.* — *ὡς τούτους, ὡς* pro *εἰς* de re animata dicunt Attici, rarissime de inanimata, IV, 48. IX, 71. Thom. M. p. 933. Post Herm. ad Vig. p. 833 de hoc usu egit Doederlein in Philol. Beiträg. a. d. Schweiz I. p. 304. Matth. § 578 h. Schaeferus addit, in toto hoc loco oratorem indignationis suae habenas effundere.

§ 30. *ἐπανέντας*, schol. *ἐάσαντας, ἐγχαλάσαντας.* Locutionem

ἔτι καὶ νῦν γενομένους κοινὸν καὶ το βουλεύεσθαι καὶ τὸ λέγειν καὶ τὸ πράττειν ποιῆσαι. εἰ δὲ τοῖς
27 μὲν ὥσπερ ἐκ τυραννίδος ὑμῶν ἐπιτάττειν ἀποδώσετε, τοῖς δ' ἀναγκάζεσθαι τριηραρχεῖν, εἰσφέρειν, στρατεύεσθαι, τοῖς δὲ ψηφίζεσθαι κατὰ τούτων μόνον, ἄλλο δὲ μηδ' ὁτιοῦν συμπονεῖν, οὐχὶ γενήσεται τῶν δεόντων ὑμῖν οὐδὲν ἐν καιρῷ· τὸ γὰρ ἠδικημένον ἀεὶ μέρος ἐλλείψει, εἶθ' ὑμῖν τούτους κολάζειν ἀντὶ τῶν ἐχθρῶν ἐξέσται.

Λέγω δὴ κεφάλαιον, πάντας εἰσφέρειν ἀφ' ὅσων 31
ἕκαστος ἔχει, τὸ ἴσον· πάντας ἐξιέναι κατὰ μέρος,

§ 30, 10. ἐξέσται Σ *Tur.* *Frank. Voem.* 1843, περιέσται *Bk. Dindf. Voem.* 1829. *Reut. Funkh.*

γενέσθαι ὑμ. αὐτ. habes IV, 7. — καὶ τὸ βουλεύεσθαι καὶ τὰ λέγειν, hunc verborum ordinem ipse suadet Dem. XVIII, 94: σύμβουλον λέγω καὶ ῥήτορα. — πράττειν et ποιῆσαι non ut synonyma usurpantur (XIV, 15), sed illud est *factis probare*, hoc *efficere*, IX, 15: ταῦτα πράττων τί ἐποίει; XV, 30: ἐπειδὴ τοίνυν ὑμῖν ἐγνωκέναι τὰ δίκαια ποιεῖν ὑπάρχει, ὅπως καὶ πρᾶξαι ταῦτ' ἐφ' ὑμῖν ἔσται, δεῖ σκοπεῖν, coll. III, 15 ibique dicta. — ἐκ τυραννίδος ὑμῶν, gen. ὑμῶν pendet a notione *imperandi* in τυραννίδος. Apte laudat Funkhaen. Qu. p. VIII Dem. XVIII, 66: τί τὴν πόλιν προσῆκε ποιεῖν ἀρχὴν καὶ τυραννίδα τῶν Ἑλλήνων ὁρῶσαν ἑαυτῷ κατασκευαζόμενον Φίλιππον; Ceterum patet distingui imperantes, agentes et clamantes. — ἀποδώσετε, ἀποδιδ. non solum *reddere*, sed omnino *mandare*, *adjudicare* significat. Vid. XIII, 3. „Eubulus, Aristophon, Hyperides et Lycurgus omnia summo cum imperio administrabant. Imperatorium munus vicissim inter se sortiebantur Diopithes, Menestheus, Leosthenes, Chares, ita ut respubl. in oligarchiam transiret.“ *Tourr.* — τριηραρχεῖν, erat hoc onus molestissimum, de quo vid. ad IV, 36. — ἐλλείψει, ii, qui neglecti sunt, non praestabunt, quae sunt praestanda, suis deerunt officiis. Cfr. Cic. Off. I, 25: „alii populares, alii studiosi optimi cujusque videntur, pauci universorum. Hinc apud Athen. magnae discordiae.“ — εἶτα significat id, quod aliis rebus praegressis consequens sit, III, 11. Nos: *hinterher*. — ἐξέσται Sauppio multo acerbius videtur quam περιέσται.

§ 31. λέγω δή. Summatim repetens, quae suaserat, iterum haec inculcat. — τὸ ἴσον, Wolf. haec: ὁ μὲν πένης ἀπ' ὀλίγων ὀλίγα, ὁ

ἕως ἂν ἅπαντες στρατεύσησθε· πᾶσι τοῖς παριοῦσι λόγον διδόναι, καὶ τὰ βέλτιστα ὧν ἂν ἀκούσητε αἱρεῖσθαι, μὴ ἃ ἂν ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα εἴπῃ. κἂν ταῦτα ποιῆτε, οὐ τὸν εἰπόντα μόνον παραχρῆμα ἐπαινέσεσθε, ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς ὕστερον, βέλτιον τῶν ὅλων πραγμάτων ὑμῖν ἐχόντων.

§ **31**, 5. *ἃ ἄν omnes edd. praeter Funkh. et Voem.* 1843, *quorum ille 'ἄν, hic ἂν dedit.* — 7. *βέλτιον Σ et cum Bk. plerique edd., πολλῷ βέλτιον Bk.* 1816 *et Voem.* 1829.

δὲ πλούσιος ἀπὸ τῶν πολλῶν πολλά, Boeckh. St. II. p. 73: einer wie der andere im Verhältniss. — *παριοῦσι λογ. διδόναι*, ut ne oratoribus singulis faveant, omnes vult audiantur; hic non sermo est de ratione, quam quis redditurus est, sed quam quis suasurus ad salutem reipubl. servandam. Vid. § 29. — *ὁ δεῖνα* „simul utrumque et certam personam et incertam significat.“ Herm. ad Vig. p. 704. Dem. IV, 43. XX, 18. Wolf. in Schaef. App. I. p. 691 haec: „loco nominis proprii ponitur, quod exprimere aut non possumus aut nolumus.“ Dem. I, 1 singulare hoc beneficium praedicat, quod civibus liceat facere *ἐξ ἁπάντων ῥᾳδίαν τὴν τοῦ συμφέροντος αἵρεσιν.* — *παραχρῆμα* — *ὕστερον*, solebant Athenienses eos, qui dixerant, si res arridebat, *statim* laudare, non quaerentes, an recte probarent: *deinceps* semet ipsos debebant reprehendere, quod justo celerius sententiam oratoris comprobassent. At, re omni perpensa, in neutrum vitium incidere poterant. — *τῶν ὅλ. πραγμάτ.* cfr. I, 3 et XVIII, 28: *τα μικρὰ συμφέροντα τῆς πόλεως ἔδει με φυλάττειν, τὰ δ' ὅλα πεπρακέναι;*

ARGUMENTUM

OLYNTHIACAE TERTIAE *)

habitae arch. Callimacho Ol. 107, 4. a. Chr. 349. (secundum Dionysium secundae.)

Postquam Demosthenes contenderat, opem esse sociis ferendam nec prius de Philippo ulciscendo cogitandum, quam illi sint servati (§ 1. 2), seque dubium, quam in dicendo teneat viam, libere sententiam suam dicturum esse professus erat (§ 3—5)

Proponit **)

I. *Olynthiis auxilium esse ferendum*, a quibus Athenienses, pace cum iis facta, bellum Macedoni inferri voluissent (§ 6. 7), idque eo promptius, quo majus dedecus et detrimentum sociis derelictis ipsos maneat (§ 8. 9),

II. *leges de pecunia theatrali esse abrogandas* (§ 10. 11), et per eos quidem, qui has tulerint, alios enim prae metu hanc rem non esse suscepturos (§ 12. 13).

Hanc utramque propositionem *confirmat*

a. *adhortando*, res ipsas acriter esse gerendas neque in decretis acquiescendum (§ 14. 15),

---

*) Cfr. *Voemel.* p. 169, *Auger.* p. 64, *Reuter* p. 131, *Jacobs.* p. 169 sq. — *Westermann.* p. 34 sqq., *Boehnecke* p. 166 et 214, *Brückner* p. 341 et 351 fusius de hac causa exposuere. De tempore, quo haec oratio sit habita, vid. *Prolegg.* nostra cap. III. § 6.

**) Cfr. scholiastam ad orat. huj. § 1.

b. *docendo*, summo illas in discrimine versari et me- tuendum, ne, quum ipsi calamitatum, quas experturi sint, exsistant auctores, alios accusent (§ 14—17),

c. *cavendo*, ne unum audiant, sed plures, et utiles res praeferant rebus jucundis (§ 18), neque patiantur, ut propter inopiam pecuniae — hanc autem defuturam, nisi theatralis restituatur — et commeatuum urbes Graecae servitutem subeant (§. 19. 20).

Jamjam excusans liberiorem orationem et professus vera se esse dicturum — ex quo enim auram popularem captassent oratores, res esse perditas — (§ 21. 22) transitum parat ad

III. *contentionem: majorum mores esse imitandos:*

a. illorum enim memoria civitatem Atheniensem ceteris ipsosque dicentes invidia fuisse superiores (§ 23. 24), et res publicas privatasque diligentia, temperantia ac fide administratas (§ 25. 26),

b. hoc autem tempore, quo minime fieri debeat, bonis suis privari cives, ita ut non res domesticae civitatis, sed dicentium res familiares ornatae sint (§ 27—29).

c. cujus rei causam a potentia horum et ab infirmitate populi esse repetendam, quem illi suis sibi deliciis devinctum fecerint: quas quidem irritas fore dicit orator, si ipse populus, quid vires valerent, experiretur (§ 30—32).

Concludit, dicens, omnibus militiam subeundam esse, nec quaerendum, cujus ducis milites mercenarii victoriam reportaverint, sed hos sustinendos esse et gloriam majorum servandam (§ 33—36).

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΥ Γ.

27 Ἔπεμψαν βοήθειαν τοῖς Ὀλυνθίοις οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ τι 1
κατορθοῦν ἔδοξαν δι' αὐτῆς· καὶ ταῦτα αὐτοῖς ἀπηγγέλλε-
το. ὁ δὲ δῆμος περιχαρὴς, οἵ τε ῥήτορες παρακαλοῦντες
ἐπὶ τιμωρίαν Φιλίππου. ὁ δὲ Δημοσθένης δεδοικὼς μὴ
θαρσήσαντες, ὡς τὰ πάντα νενικηκότες καὶ ἱκανὴν βοή-
θειαν πεποιημένοι τοῖς Ὀλυνθίοις, τῶν λοιπῶν ὀλιγωρήσω-
σι, διὰ τοῦτο παρελθὼν ἐπισκόπτει τὴν ἀλαζονείαν αὐτῶν
καὶ πρὸς εὐλάβειαν σώφρονα τὴν γνώμην μεθίστησι, λέγων
οὐ περὶ τῆς Φιλίππου τιμωρίας νῦν αὐτοῖς εἶναι τὸν λο-
γον, ἀλλὰ περὶ τῆς τῶν συμμάχων σωτηρίας· οἷδε γὰρ,

§ 1, 2. καὶ ταῦτα] ὡς ταῦτα **Tur.** *e* **Sauppii** *conjectura et comma post* ἀπηγγ. — 3. ὁ δὲ] ὅ τε **Auger.** *et* **Tur.** — *ibid.* παρακαλοῦντες **Vulg. Bk.** 1816. **Tur.**, παρακαλοῦσιν **Bk.** 1824, 25 *et* 35. **Voem. Dindf. Funkh. Frank.** — 4. ὁ δὲ Δημ. δεδοικὼς **vulg.**, **Tur. Voem.** 1843, **Funkh.**, δέδοικε τοίνυν ὁ Δημ. **Bk. Voem.** 1829. **Dindf.** — 6. ὀλιγωρήσωσι] ὀλιγωρήσουσι **Funkh.** *Post h. v. plene interpungunt qui supra* δέδοικε *receperunt; vid. adn.*

§ 1. ἔπεμψαν, „Libanius non e fontibus videtur haec hausisse, sed aut finxisse ex orationis habitu aut obiter ex memoria laudasse.“ **Rauchenstein** de orr. Olynth. ord. p. 20 et XX. Patrocinantur Libanio A. G. Becker p. 117 et Westerm. p. 35 sq. Vid. Prolegg. c. III. § 2. — κατορθοῦν ad rem feliciter gestam refertur, Thom. M. ἐπὶ πολέμου καὶ τῶν τοιούτων. — παρακαλοῦντες, lectiones παρακαλοῦσιν et infra δέδοικε et ὀλιγωρήσουσι in aliquot libris, quos Reisk., Auger. et Bekker. contulerunt, reperiuntur: atqui potius librariis, quos male habuit participiorum usus, deberi videntur quam auctori. Certe alterutra ratio est tenenda neque commiscenda. — ἐπισκόπτει, *praescindit, retundit.* — εὐλάβειαν Suidas interpretatur per ἔννοιαν καὶ σκέψιν, *cautio.* Dem. XIX, 262 hanc virtutem commendat eique XXI, 10 τὸ θράσος opponit. — τῶν συμμάχ. σωτηρ.. cfr. huj. orat.

ὅτι καὶ Ἀθηναῖοι καὶ ἄλλοι πού τινες τοῦ μὲν μὴ τὰ οἰκεῖα 28
προέσθαι ποιοῦνται φροντίδα, περὶ δὲ τὸ τιμωρήσασθαι
2 τοὺς ἐναντίους ἧττον σπουδάζουσιν. ἐν δὲ τούτῳ τῷ λόγῳ
καὶ τῆς περὶ τῶν θεωρικῶν χρημάτων συμβουλῆς φανερώ-
τερον ἅπτεται, καὶ ἀξιοῖ λυθῆναι τοὺς νόμους τοὺς ἐπι-
θέντας ζημίαν τοῖς γράψασιν αὐτὰ γενέσθαι στρατιωτικά,
3 ἵν' ἀδεὲς ᾖ τὸ συμβουλεύειν τὰ βέλτιστα. παραινεῖ δὲ καὶ
ὅλως πρὸς τὸν τῶν προγόνων ζῆλον ἀναστῆναι καὶ στρα-
τεύεσθαι σώμασιν οἰκείοις, καὶ ἐπιτιμήσει πολλῇ κέχρηται
κατὰ τοῦ δήμου τε ὡς ἐκλελυμένου καὶ τῶν δημαγωγῶν
ὡς οὐκ ὀρθῶς προϊσταμένων τῆς πόλεως.

§ 2, 4. *γράψασιν*] *γράψουσιν Auger.* — 5. *ἵν' ἀδεὲς ᾖ Bekker.* 1816, 25 *et* 35 *e vestigiis cod. F ἵνα δεήσῃ, sequuti sunt reliqui edd., etiam Dindf.* 1846. *Ipse autem* 1824 *et Dindf.* 1825 *receperant Reiskii conjecturam ἵν' ἄδεια ᾖ τοῦ συμβ. Voemelius* 1843 *ἵνα δυνηθῇ.* — § 3, 4. *τε ὡς Bekk. sive de suo sive e codd. pro vulg. τέως, cfr. ad II,* 21. *Similiter in Lib. Arg. I.* § 6 *τε αὐτὰ pro ταῦτα olim scriptum erat.*

§ 2. — *οἶδε — σπουδάζουσιν*, haec verba, ut praecedentibus congruant, ita explicanda videntur: sciebat Demosth., Athenienses et fortasse etiam alios cavere, ne sociis suis (*τὰ οἰκεῖα*) priventur, at minus laborare de adversariis sociorum ulciscendis: hac enim in re positam esse salutem sociorum. Quae si recte exposui, conjectura Funkhaenelii corruit, qui *ἧττον* ante *ποιοῦνται* transponi voluit. Phavorinus: *σπουδάζω περί σε, ὅταν ἐπιμελῶμαι περί σε πραγμάτων.*

§. 2. *θεωρ. χρημ.*, cfr. § 11. — *φανερώτερον* sc. quam hoc factum erat in orat. prim. §. 19. — *γράψασιν*, „puniebatur, non qui scripturus esset, sed qui scripsisset." *Schaefer.* — *ἵν' ἀδεὲς ᾖ*, Voemelius in Zeits. f. Alterthw. 1842 p. 1216 profitetur se *ἵνα δυνηθῇ* ex Urb. recepisse, interpretans „damit es möglich sei." At utrum *δύνασθαι* ita dici possit, admodum dubito; satius est in egregia Bekkeri conjectura acquiescere.

§ 3. *παραινεῖ*, cfr. § 23. — *τε ὡς*, Voemelius lectionem hanc adscivit, sed Wolfii interpretationem *eo tempore* retinuit. — *ἐκλελυμένου*, cfr. § 29—31.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΣ Γ.

28 Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γιγνώσκειν, ὦ ἄνδρες 1
Ἀθηναῖοι, ὅταν τε εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψω καὶ ὅταν πρὸς τοὺς λόγους οὓς ἀκούω· τοὺς μὲν γὰρ λόγους περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον ὁρῶ γιγνομένους, τὰ δὲ πράγματα εἰς τοῦτο προήκοντα, ὥστε ὅπως μὴ πεισόμεθα αὐτοὶ πρότερον κακῶς

§ 1, 3. πρὸς] εἰς *Auger.* — 6. πεισόμεθα *Σ in corr. ap. Dindf., Vulg.* πεισώμεθα.

§ 1. Schol. *tripartitam* hanc contendit esse orationem; primum et praecipuum, utrum copiae in Macedoniam sint traducendae, alterum, an leges theatrales abrogandae, postrema parte contineri reprehensionem eorum, qui illo tempore populum gubernaverint. Initium hoc habet Aristid. Walz. IX. p. 418 et Dissen de struct. period. p. LXIX. — παρίσταται eodem modo ut *παρέστη* et *παρέστηκε* (VI, 6) de ea dicitur sententia, quae alicui placet. Lucian. Char. c. 13 *τὸ παριστάμενον ἐλευθέρως λέγων.* Orv. ad Char. p. 438 et Stallb. ad Plat. Phaedon. p. 58 E. — ἀποβλέπειν εἰς et πρὸς sine discrimine legitur, nisi quod orator diversum locum, ad quem audientium animos advertit, spectat. IX, 11: *εἰς Φωκέας ὡς πρὸς συμμάχους ἐπορεύετο.* Nostro loco rhetores (Walz. V, 465. VII, 70) bis εἰς admittunt. Wolfius comparat ex *Sallust.* Catilin. (c. 48) verba Catonis: *Longe mihi alia mens est, quum res et pericula nostra considero et quum sententias nonnullorum mecum ipso reputo.* — ὁρῶ verba *sentiendi* inter se permutantur, quod maxime de voce ὁρῶ valet, Dem. IV, 43. Eurip. Suppl. 94: *καινὰς εἰσβολὰς ὁρῶ λόγων*, coll. Hecub. 1280. Hom. Il. XVI, 127: *λεύσσω δὴ παρὰ νηυσὶ πυρὸς δηΐοιο ἰωήν.* XIV, 37. coll. Od. IX,

σκέψασθαι δέον. οὐδὲν οὖν ἄλλο μοι δοκοῦσιν οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες ἢ τὴν ὑπόθεσιν, περὶ ἧς βουλεύεσθε, οὐχὶ τὴν οὖσαν παριστάντες ὑμῖν ἁμαρ-
2 τάνειν. ἐγὼ δ' ὅτι μέν ποτ' ἐξῆν τῇ πόλει καὶ τὰ αὑτῆς ἔχειν ἀσφαλῶς καὶ Φίλιππον τιμωρήσασθαι, καὶ μάλ' ἀκριβῶς οἶδα· ἐπ' ἐμοῦ γὰρ, οὐ πάλαι, γέγονε ταῦτ' ἀμφότερα· νῦν μέντοι πέπεισμαι τοῦθ' ἱκανὸν προλαβεῖν ἡμῖν εἶναι τὴν πρώτην,29

§ 2, 3. *οὐ πάλαι Σ ap. Dindorfium et hic ipse* 1846, *cett. libri et edd. οὐχὶ πάλαι; vid. adnot.*

167, ubi vid. Nitzschium. Plat. Lacch. § 20: *Στησίλεων ἐθεάσασθε ἐπιδεικνύμενον.* Soph. El. 198: *τοὺς ἐμοὺς ἴδε πατὴρ θανάτους αἰκεῖς.* E Latinis cfr. Cic. Orat. § 168: vidi exclamare. — *γιγνομένους*, quum s. quoties orationes habeantur. — *πεισώμεθα* ferri nequit, quum *ἐπεισάμην* apud Graecos non legatur. Schaef. laudat Lobeckium ad Phryn. p. 720. — *δέον*, recte animadvertit Funkhaenelius, praeeunte Klotzio Qu. crit. I. p. 4, esse hoc loco quoddam attractionis genus, ita ut *δέον*, ut reliqua participia *γιγνομένους* et *προήκοντα*, pendeat ab *ὁρῶ*. Isocrat. IV, 64: *φαίνονται ἡμῶν οἱ πρόγονοι τοσοῦτον ἁπάντων διενεγκόντες, ὥστ'* — *ἐπιτάττοντες*, ubi vid. Baiterum. Ne putes *δέον* dictum esse pro *δεῖν*. — *οὐδὲν ἄλλο δοκοῦσι* sc. *ποιεῖν*, quod ex *ἁμαρτάνειν* eliciendum. Plat. Euthyd. p. 277. D: *τοῦτο οὐδὲν ἄλλο ἢ χορεύετον περὶ σοῦ*. De hoc dicendi more vid. Amersfordt ap. Schaef. App. I. p. 751. Matth. Gr. § 635. Oratores deliberandi causam (*τὴν ὑπόθεσιν*), ut Olynthii juventur, pervertunt.

§ 2. *ποτ' ἐξῆν*, Orator intelligit illud tempus, quo Athenienses Amphipolin, Potidaeam et Thraciae imperium tenebant. — *τιμωρήσασθαι*, recte schol. putat, hoc non de re vere facta, sed de facultate ulciscendi Macedonem esse accipiendum. Nempe ante bellum Amphipol. et impetum Philippi, quem Athenienses a Thermopylis arcebant, huic licuit vim inferri. — *οὐ πάλαι* scripsi ex optimo codice. Nisi enim fallor, Demosthenes, ut singulis vocabulis vim suam detraheret, forma breviore usus est, II, 20: *οὐκ εἰς μακρὰν*, IV, 3: *χρόνος οὐ πολὺς*, § 6 *νῦν*, *ἐπειδήπερ οὐ πρότερον*, formam autem extensiorem *οὐχὶ* retulit ad totas enuntiationes, quod initio huj. or. factum vides. — *τοῦθ' ἱκανὸν*, *scio satis esse ut hoc antecapiamus* (sc. priusquam Philippum ulciscamur), *quomodo socios servemus*. Demosth. interpretatur id, quod § 1 dixerat: *ὅπως μὴ πεισόμεθα αὐτοί*. Qua ipsa de causa *σώσομεν* vulgatae *σώσωμεν* praeferendum duxi. — *τὴν πρώ-*

ὅπως τοὺς συμμάχους σώσομεν. ἐὰν γὰρ τοῦτο βεβαίως ὑπάρξῃ, τότε καὶ περὶ τοῦ τίνα τιμωρήσεταί τις καὶ ὃν τρόπον, ἐξέσται σκοπεῖν· πρὶν δὲ τὴν ἀρχὴν ὀρθῶς ὑποθέσθαι, μάταιον ἡγοῦμαι περὶ τῆς τελευτῆς ὁντινοῦν ποιεῖσθαι λόγον.

Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, 3
εἴπέρ ποτε, πολλῆς φροντίδος καὶ βουλῆς δεῖται· ἐγὼ δὲ οὐχ ὅ τι χρὴ περὶ τῶν παρόντων συμβουλεῦσαι χαλεπώτατον ἡγοῦμαι, ἀλλ' ἐκεῖν' ἀπορῶ, τίνα χρὴ τρόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρὸς ὑμᾶς περὶ αὐτῶν εἰπεῖν. πέπεισμαι γὰρ ἐξ ὧν παρὼν καὶ ἀκούων σύνοιδα, τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ὑμᾶς

§ 2, 6. σώσομεν] σώσωμεν *Vulg. Frank. cum Schaef.* — 7. τίνα τιμωρήσεταί τις καὶ ὃν τρόπον Σ *ap. Dindf. et hic ipse* 1846, τίνα τρόπον τιμωρ. τις ἐκεῖνον *reliqq. edd.* — § 3, 2. ποτε Σ, ποτε [καὶ νῦν] *Bk.* 1816. — 5. πρὸς ὑμᾶς] πρὸς ἡμᾶς Σ.

την, recte Jacobs: *für's erste,* vid. IV, 23 et Vig. p. 11. — περὶ τοῦ τίνα, Buttm. § 125, 8, 2. Similiter IV, 37: προαπόλωλε τὸ ἐφ' ᾧ ἂν ἐκπλέωμεν. — τίνα τιμωρήσεται κτλ., lectionem hanc a Dindf. receptam confirmat meus cod. α, *quo quis* (sc. Athenienses) *modo* et *quali ulcisci debeat;* de futuri notione vid. I, 2. II, 13. — ἀρχὴν ὑποθέσθαι „firmum ponere et stabile fundamentum." *Bremi,* sc. σώζειν τοὺς συμμάχους.

§ 3. ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός, „perseverat in loco attentionis et insinuatione quadam benevolentiam captat, commemoranda sollicitudine et studio bene consulendi et acumine Atheniensium laudando et cessatione molliter castiganda." *Wolf.* cfr. I, 2. — εἴπέρ ποτε, *si quando tempus aliquod.* — τίνα χρὴ τρόπον, ita haesitans attentos reddit animos audientium ad rem difficilem, quam est propositurus, ad legum theatralium abrogationem. — ἀκούων, ut IV, 3. — σύνοιδα „*scire de aliquo,* fere ut nos: ich kann mir das Zeugniss geben." *Buttmann* Ind. Mid. p. 186. — τὰ πλείω et πεφευγέναι inserviunt memoriae calamitatum molliendae: nam comparativus nec positivi nec superlativi, sed suum tenet locum: majorem rerum partem. Ipso verbo φεύγειν, quod desumtum est a venatu, saepius Noster de rebus male gestis utitur (XIV, 15. XVIII, 33), ut cives sane videantur rebus studuisse, sed minus prospero successu; similiter

ἐκπεφευγέναι τῷ μὴ βούλεσθαι τὰ δέοντα ποιεῖν ἢ τῷ μὴ συνιέναι. ἀξιῶ δὲ ὑμᾶς, ἂν μετὰ παῤῥησίας ποιῶμαι τοὺς λόγους, ὑπομένειν, τοῦτο θεωροῦντας εἰ τἀληθῆ λέγω καὶ διὰ τοῦτο, ἵνα τὰ λοιπὰ βελτίω γένηται· ὁρᾶτε γὰρ, ὡς ἐκ τοῦ πρὸς χάριν δημηγορεῖν ἐνίους εἰς πᾶν προελή-
4 λυθε μοχθηρίας τὰ παρόντα. ἀναγκαῖον δὲ ὑπολαμβάνω μικρὰ τῶν γεγενημένων πρῶτον ὑμᾶς ὑπομνῆσαι. μέμνησθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτ' ἀπηγγέλθη Φίλιππος ὑμῖν ἐν Θρᾴκῃ τρίτον ἢ τέταρτον ἔτος τουτὶ Ἡραῖον τεῖχος πολιορκῶν. τότε

§ 3, 9. ἢ τῷ Σ, οὐ τῷ *Bk. Dindf. Voem.* 1829. *Funkh.*

πεπρᾶχθαι II, 3. — τῷ μὴ βούλεσθαι, ob *socordiam* res Atheniensibus male cessisse, etiam alibi ostendit I, 6. III, 33, coll. XXIII, 145: πολλὰ γινώσκοντες ὀρθῶς ὑμεῖς οὐ διὰ τέλους χρῆσθε αὐτοῖς. — ἢ τῷ μὴ συνιέναι, hanc optimi libri lectionem plerique edd. jure amplexi sunt, ut eam a Dindorfio nuperrime contemtam esse mirer. Ne offendaris praecedenti τὰ πλείω, conf. locum e Soph. Antig. 313: τοὺς πλείονας ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους ibique Wunderum. — πρὸς χάριν, cfr. VIII, 1: ἔδει τοὺς λέγοντας ἅπαντας μήτε πρὸς ἔχθραν ποιεῖσθαι λόγον μηδένα μήτε πρὸς χάριν, coll. § 13 et IV, 38. Schoemann de com. Ath. p. XXIV. — εἰς πᾶν προελ., notio *rei extremae* inest in πᾶν. cfr. XXIV, 205: εἰ δέ τις εἰσφέρει νόμον, ἐξ οὗ τοῖς βουλομένοις ὑμᾶς ἀδικεῖν ἡ πᾶσα ἐξουσία καὶ ἄδεια γενήσεται, οὗτος ὅλην ἀδικεῖ τὴν πόλιν καὶ καταισχύνει πάντας. De structura genitiv. μοχθηρίας dictum est ad II, 8.

§ 4. ὑπομνῆσαι, Schaef. laudat XXIV, 15: ἀνάγκη δὲ πρῶτον ὑπομνῆσαι τοὺς χρόνους ὑμᾶς καὶ τὸν καιρόν. — τρίτον ἢ τέταρτ. ἔτος, *ante hos tres quatuorve annos.* Matth. Gr. § 425. d. Dem. VIII, 2. ἑνδέκατον μῆνα est per hos undecim menses. De nostro loco egerunt Seebeck in Zeitschr. f. Alterthumsw. 1838 p. 778, Boehnecke p. 44 et 66. Hermann die griech. Monatskunde (Gött. 1844) p. 64. Voemel. ad h. l. et ipse in Prolegg. c. III. § 1. — Ἡραῖον τεῖχος, *Murus Junonius,* nam Samii, a quibus hoc promontorium conditum erat, Junone utebantur numine tutelari. Virg. Aen. I, 15. Hoc ipso (Ol. 107, 1 init.) oppugnando Phil. viam sibi parabat ad Byzantium occupandum, cui Heraeum proximum erat: hinc patet, cur, hoc nuntio ac-

τοίνυν μὴν μὲν ἦν Μαιμακτηριών· πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γιγνομένου παρ' ὑμῖν, ἐψηφίσασθε τετταράκοντα τριήρεις καθέλκειν καὶ τοὺς μέχρι πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν αὐτοὺς ἐμβαίνειν καὶ τάλαντα ἑξήκοντα εἰσφέρειν. καὶ μετὰ ταῦτα διελ- 5
θόντος τοῦ ἐνιαυτοῦ τούτου Ἑκατομβαιῶν, Μεταγειτνιῶν, Βοηδρομιῶν· τούτου τοῦ μηνὸς μόγις μετὰ τὰ μυστήρια δέκα ναῦς ἀπεστείλατε ἔχοντα

§ 4, 7. *γιγνομένου* **Bk.** 1824, 35 *et ceteri edd.*, *γενομένου* **Bk.** 1816 *et* 25, *vid. ad II*, 1. — § 5, 3. *μόγις omnes edd. praeter Dindf.* 1846, *qui μόλις recepit. Utrumque libri praebent: praetuli formam Atticam, vid. Buttm. a. Gr. I. p.* 75. *Formam μόλις Poppo Prol. I. p.* 207. *Thucydidi vindicat. Vid. Orvill. ad Char. p.* 409.

cepto, Atheniensea admodum fuerint perturbati. — *Μαιμακτηριών*, hic mensis ita dictus a sacris, quae Jovi *τῷ Μαιμάκτῃ* (vid. Suid. in *μαιμάσσει*) fiebant; fuit hibernus et ab Harpocrat. *quintus* vocatur. Quum *Julius* (extrem. *Jun.*) primus esset, *Μαιμακτ.* nostro *Novembri* fere respondet. — *γιγνομένου*, de singulari post *λόγων καὶ θορύβου* vid. Matth. § 304. Maetzner ad Lycurg. p. 218 sq. et Poppo ad Thucyd. VIII, 81. — *πέντε καὶ τετταρ. ἐτῶν*, militia Atheniensium pertinuit ab anno XX ad LX; orator eos, qui infra XLV annos nati erant, ipsos (non *μετοίκους*) vult *ἐπιβαίνειν*, unde *ἐπιβάται* dicuntur, quos noli cum nautis confundere. Petit. Legg. Att. VIII, 1 (p. 549) sequitur Ulpianum, qui p. 42 B. ed. Wolf. militiam ad annum XVIII usque ad XL revocat. Recte hunc impugnat Taylor ad Lys. p. 245 sqq., quem Hermann Staatsalt. § 152, 11, Schoemannus aliique sequuntur. Cfr. Wachsmuth II. p. 319. — *τάλ. ἑξήκ.*, talentum = 1400 Thlr. × 60 = 84000 Thlr.

§ 5. *Ἑκατομβ.* — *Βοηδρ.*, Athenienses annum a *solstitio aestivo* (*extrem. Jun.*) incipientes lunarem cursum sequebantur in anno dividendo et menses a sacris solemnibus inter ipsos celebratis nominabant. *Ἑκατομβαῖα* in honorem Junonis (Jul.), *Μεταγείτνια* in honorem Apollinis Metageitnii, qui Melitenses in Atticam commigrantes deduxerat (Aug.), *Βοηδρόμια* (Plut. de exil. c. 7) in honorem Jovis et Apollinis, quod Ion, Xuthi filius, Erechtheo contra Eumolpum auxilium tulisset, celebrabantur (Sept.) Ol. 107, 2. Cfr. *Graff* Geschichte Griechenlands, Mainz 1828. p. 203. De genitivo temporis (*μηνός*) vid. Matth. Gr. § 377, 2. — *μυστήρια*, intelliguntur mysteria Eleusinia, quae omnium apud Graecos festorum celeberrima, Ce-

κενὰς Χαρίδημον καὶ πέντε τάλαντα ἀργυρίου. ὡς γὰρ ἠγγέλθη Φίλιππος ἀσθενῶν ἢ τεθνεὼς (ἦλθε γὰρ ἀμφότερα), οὐκέτι καιρὸν οὐδένα τοῦ βοηθεῖν νομίσαντες, ἀφίετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ἀπόστολον. ἦν δ' οὗτος ὁ καιρὸς αὐτός· εἰ γὰρ τότε ἐκεῖσε ἐβοηθήσαμεν, ὥσπερ ἐψηφισάμεθα, προθύμως, οὐκ ἂν ἠνώχλει νῦν ἡμῖν ὁ Φίλιππος σωθείς.

§ 5, 6. ἢ] καὶ *Auger. cfr.* § 27. — 8. ἀφίετε Σ ἀφεῖτε *Bk. Voem. Funkh. Dindf.*, ἀφήκατε Σ *a m. rc. ap. Dindf.* — 11. ἠνώχλει] ἐνώχλει Σ.

reri, deae frugiferae, sacra, per novem dies usque ad XXI. m. Boedr. fiebant, i. e. a 15. usque ad 23. Septbr. *Meursius* de Eleusiniis (Thes. Antiqu. T. VII.) et Wachsmuth II. p. 575 sqq., qui singulorum dierum rationes disponit. — Χαρίδημον, est hic Charidemus Orita, quem hominem turpem Dem. in or. advers. Aristocrat. p. 670 sqq. (XXIII, 152) describit, et cujus res gestas accuratissime digessit *Rumpf*, Prof. Giss., in Progr. 1815 edito, quod Weberus in Prolegg. ad Aristocr. p. LX—LXXXIV repeti curavit notisque illustravit. Cfr. Winiewski com. chron. p. 306, Boehnecke p. 142. — κενὰς, „Ἀθηναίων. ξένους ἀντὶ Ἀθηναίων ἔχουσας" *Ulpian.* Cfr. IV, 43. *Seagrius* haec: „cives Athenienses, quum Philippum vel aegrotum vel mortuum audissent, periculo se defunctos rati et propterea conscendere ipsi nolentes, naves Charidemo militibus alibi complendas tradiderunt." — πέντε τάλαντα ἀργυρίου = 7000 Thlr., e Wurmii tabulis = 7238 Thlr. Per τὸ ἀργύριον non solum argentum signatum (Boeckh Staatsh. I. p. 25. II. p. 213) ut h. l., sed etiam vasa ex hoc metallo confecta significantur. — ἀσθενῶν ἢ τεθνεώς, ex or. I, 13. (coll. IV, 11) vix potest dubitari, quin Philippus ex vulnere, quod fortasse in Methone Thracia oppugnanda acceperat, Ol. 107, 2 laborarit, vid. Boehnecke p. 211. Lectionem καὶ pro ἢ ferri non posse, ipsius loci ratio docet; saepe autem has particulas confundi patet e IX, 45. XV, 8. — ἀφίετε τὸν ἀπόστολον, Athenienses illo nuntio confidentes omiserunt ampliorem expeditionem — nam ἀπόστολος explicatur a grammaticis ἡ νεῶν ἐκπομπή — acquiescentes in Charidemo. De augmento in ἀφίετε oppresso, quod et ipsum Σ VI, 20. XXI, 79 omisit, vid. Buttmann. a. Gr. I. p. 342 et Poppo ad Thuc. I, 129. Ejusdem cod. auctoritas parum abfuit quin me, ut paullo post ἐνώχλει scriberem, movisset, praesertim quum XXXV, 30 ἐνωχλοῦμεν habeat, at Bekk. Anecd. p. 135 et ceterorum scriptorum usus obstitit. De structura hujus verbi

Τα μὲν δη τότε πραχθέντα οὐκ ἂν ἄλλως ἐχοι- 6
νῦν δ' ἑτέρου πολέμου καιρος ἥκει τις, δι' ὃν καὶ
περὶ τούτων ἐμνήσθην, ἵνα μη ταὐτὰ πάθητε. τί
δὴ χρησόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τούτῳ; εἰ γὰρ
μὴ βοηθήσετε παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατον, θεά-
σασθε ὃν τρόπον ὑμεῖς ἐστρατηγηκότες πάντα
ἔσεσθε ὑπὲρ Φιλίππου. ὑπῆρχον Ὀλύνθιοι δύνα- 7
μίν τινα κεκτημένοι, καὶ διέκειθ' οὕτω τα πρά-
γματα: οὔτε Φίλιππος ἐθάῤῥει τούτους οὔθ' οὗ-
τοι Φίλιππον. ἐπράξαμεν ἡμεῖς κἀκεῖνοι πρὸς ἡμᾶς

§ 6, 2. *τις Σ et cett. edd., τις οὗτος Bk.* 1816. *et vulg.* — 5. *βοηθήσετε*] *βοηθήσητε Σ.*

vide quae dixi ad Dem. Cherson. § 42. Matth. § 393 not. 2 et Weber. ad Aristocr. p. 135. — *ὁ καιρὸς αὐτὸς*, schol. *τότε μάλιστα ἐπιτήδειος καιρὸς ἦν, ἐν ᾧ κακῶς διεκεῖτο Φίλιππος.*

§ 6. *ἥκει τις*, quod addebatur *οὗτος*, ex or. I, 9 huc translatum frustra servari volunt Schaef., Engelh. et Fritzsche Qu. Luc. p. 18. — *ἐμνήσθην*, haec vox, ut *φροντίζειν* I, 2, interdum cum praep. *περὶ* struitur, Matth. § 347. n. 1. — *πάθητε*, conjunctivo utitur, quoniam periculum adhuc instat, nam statim addit *τί χρησόμεθα*, ut VIII, 74 *τί χρήσεσθε*, ubi vid. not. Eandem illius modi causam animadverte II, 24, cfr. ad Liban. vit. Dem. § 11. Etenim confidit Orator, Athenienses illo temporis momento usuros esse, quod nisi facient, rem agent Philippi. — *παντὶ σθένει*, schol. *ναυτικῇ, ὁπλιτικῇ δυνάμει.* Non est igitur cur haec verba ab aliquo interprete addita arbitremur. — *ἐστρατ. ἔσεσθε*, de notione fut. exacti vid. IV, 50 ibique notata.

§ 7. *ὑπῆρχον*, animadverte asyndeta hic et paullo post in *ἐπράξαμεν* et *ἐκποδ.* Etenim enuntiationes, quibus ea, quae his continentur, animis audientium seorsim subjiciuntur, sine ullo nexu se excipiunt. Demosthenem hanc figuram amare recte vidit Engelhardt adn. crit. p. 46. Cfr. § 11. IV, 14. IX, 3. 43. 69. Schaef. App. I. p. 295. Doberenz Obss. p. 15. — *ἐθάῤῥει τούτους*, *Wolfius* haec: „*θαῤῥεῖν* c. accus. *fidere se alicui parem aut etiam superiorem fore, non metuere;* cum dativo *confidere alicui, ejus auxilio fretum esse.*“ Xen. Cyrop. V, 5, 13: *ἵνα σε καὶ θαρσήσωσι, ut ne te quidem metuant.* Matth. § 414, 12. Thom. M. s. v. ibique Sallier et Bekk. Anecd. p. 148. — *ἐπράξαμεν εἰρ.*, *egimus de pace eamque confecimus.* Saupp. adfert XVIII, 162: *εἰδὼς Ἀριστοφῶντα καὶ Εὔβουλον — βου-*

εἰρήνην· ἦν τοῦτο ὥσπερ ἐμπόδισμά τι τῷ Φιλίππῳ καὶ δυσχερὲς, πόλιν μεγάλην ἐφορμεῖν τοῖς ἑαυτοῦ καιροῖς διηλλαγμένην πρὸς ἡμᾶς. ἐκπολεμῶσαι δεῖν ᾠόμεθα τοὺς ἀνθρώπους ἐκ παντὸς τρόπου· καὶ ὃ πάντες ἐθρύλουν, τοῦτο πέπρακται νυνὶ
8 ὁπωσδήποτε. τί οὖν ὑπόλοιπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πλὴν βοηθεῖν ἐρρωμένως καὶ προθύμως; ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ· χωρὶς γὰρ τῆς περιστάσης ἂν ἡμᾶς αἰσχύνης, εἰ καθυφείμεθά τι τῶν πραγμάτων, οὐ-

§ 7, 7. ἐκπολεμῶσαι *libri et edd., Dindf.* 1846 *e pr Σ dedit* ἐκπολεμῆσαι. — 9. ὃ] ἃ *pr Σ.* — *ibid.* ἐθρύλουν *Σ Bk.* 1835. *Tur. Frank. Voem.* 1843, ἐθρύλουν τέως *Bk.* 1816. 24. 25. *Voem.* 1829. *Dindf.* — *ibid.* νυνὶ] νυνὶ τοῦτο *Σ.*

λομένους πρᾶξαι ταύτην τὴν φιλίαν, adde IV, 48 πράττειν τὴν κατάλυσιν. Ad ἡμεῖς recte Wolf. supplevit πρὸς τοὺς Ὀλυνθίους, idem statuit Doederlein. de brachyl. c. 3. p. 14. Pax illa facta est Ol. 106, 4, non 107, 4, ut Weber ad Aristocr. p. 351 censet. — ἐφορμεῖν — καιροῖς, idem fere quod ἐφεδρεύειν (Harpocr.), nisi quod hoc plerumque de militibus, illud de nautis dicitur, seu ἐπιτηρεῖν (schol.), in statione esse et vigilare (naves), ut, si hostes *opportuno* tempore sibi videantur uti, hoc ipsum sit *impedimento* (ἐμπόδισμα) et *molestiae* (δυσχερές). Vid. ad Chers. § 42 et Orville ad Char. p. 392, nam impetus fit in illos; schol. explicat per ἀτυχήματα. — ἐκπολεμῶσαι, schol. ἐχθροὺς (Harpocr. εἰς πόλεμον) καταστῆσαι, *ad bellum excitare.* Vid. Hesych. s. ἐκπολεμῶσαι. Eod. sensu I, 7. Differt ab ἐκπολεμῆσαι, i. e. πόλιν ἑξελεῖν. Valcken. ad Ammon. p. 172. Sauppius credit ἐκπολεμεῖν a recentiorib. scriptorib. usurpatum, sed a grammaticis in veterum libros illatum esse. Certe Dindorf. non debebat, opinor, ἐκπολεμῆσαι recipere. — ὁπωσδήποτε, *quocunque modo:* non dicam, utrum a vobis excitati Olynthii bellum suscipiant, an sua sponte. Uberius hanc rem Noster exponit I, 5. Vid. Westermann. Qu. Dem. I. p. 64.

§ 8. περιστάσης, haec vox fere semper de rebus adversis, periculis atque insidiis, in quibus versamur, usurpatur; laudatur hic locus *Bekk.* Anecd. p. 161. cfr. § 9. I, 28 et Isocr. IV. § 162: τοσούτου πολέμου τὴν Ἀσίαν περιστάντος τί δεῖ τὰ συμβησόμενα λίαν ἀκριβῶς ἐξετάζειν; De partic. ἄν participio adjecta (ἢ παρέστη ἄν) vid. Matth. § 598 b. et Herm. de part. ἄν p. 182. — καθυφείμεθα „καθυφίεσθαι remittere aliquid de studio suo patique seu per mollitiem segnitiemque suam seu in gratiam alterius sibi aliquid eripi.“ Reisk.

δὲ τὸν φόβον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μικρὸν ὁρῶ τὸν τῶν μετὰ ταῦτα, ἐχόντων μὲν ὡς ἔχουσι Θηβαίων ἡμῖν, ἀπειρηκότων δὲ χρήμασι Φωκέων, μηδενὸς δ' ἐμποδὼν ὄντος Φιλίππῳ τὰ παρόντα καταστρε-
31 ψαμένῳ πρὸς ταῦτα ἐπικλῖναι τὰ πράγματα. ἀλλὰ 9
μὴν εἴ τις ὑμῶν εἰς τοῦτο ἀναβάλλεται ποιήσειν τὰ δέοντα, ἰδεῖν ἐγγύθεν βούλεται τὰ δεινά, ἐξὸν ἀκούειν ἄλλοθι γιγνόμενα, καὶ βοηθοὺς ἑαυτῷ ζητεῖν, ἐξὸν νῦν ἑτέροις αὐτὸν βοηθεῖν· ὅτι γὰρ εἰς τοῦτο περιστήσεται τὰ πράγματα, ἐὰν τὰ παρόντα προώμεθα, σχεδὸν ἴσμεν ἅπαντες δήπου.

§ 8, 6. τὸν τῶν **Bk.** 1835 *et cett. edd.*, τὸν **Bk.** 1816 *et* 25, τὸν [τῶν] **Bk.** 1824 *et Dindf.* 1825.

Schol. *ἐνδοίημεν.* — *τὸν τῶν μ. τ.*, **metus, qui exsistit ex iis rebus, quae futurae sunt.** Recte Bekk. nuper *τῶν* vinculis liberavit. — *ἐχόντων μὲν ὡς ἔχουσι*, schol. *ἐχθρῶν ὄντων*, **nam res erat notissima, quam orator fusius persequi nolebat, Thebanos ad Philippi partes inclinare ita ut Atheniensium invidiam sibi conflarent, vid. ad I, 26. De ipsa formula lege Herm. ad Vig. p. 709. Fritzsch. Qu. Luc. p. 159. Weber ad Aristocr. p. 484.** — *ἀπειρηκότων*, **Hesych.** *ἀπειπαμένων*, **omnino de animalibus, quae laboribus fatigata jacent, dicitur.** *Phocenses* **bello sacro (355—345), quod adhuc manebat, exhausti erant, nam ingenti stipendiorum largitione peregrinos milites sibi conciliare studuerant. Diod. S. XVI, 23. Plut. Dem. c. 12. Dem. XIX, 18 haec:** *τοῦ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου ὑμεῖς οὕτω διέκεισθε ὥστε Φωκέας μὲν βούλεσθαι σωθῆναι, καίπερ οὐ δίκαια ποιοῦντας ὁρῶντες, Θηβαίους δ' ὁτιοῦν ἂν ἐφησθῆναι παθοῦσιν, οὐκ ἀλόγως οὐδ' ἀδικῶς αὐτοῖς ὀργιζόμενοι.* **Weisk. de hyp. I. p. 24 sqq. Wolf. ad Lept. p. LVII, n. 31. Winiewski p. 43.** — *τὰ παρόντα*, **sc. res Olynthiorum. his opponuntur** *ταῦτα*, **i. e. res Atheniensium.** — *ἐπικλῖναι*, **inclinare, Chrys. ap. Plut. Mor. p. 1045 E:** *ἐπὶ τὴν ἑτέραν ἐπικλίναντες.*

§ 9. *ποιήσειν*, **nota infinitivum futuri Graecis in hujusmodi structura usitatum. Similiter post** *μέλλω* **Soph. El. 528 et saepissime apud Demosthenem. Item** *ἐθέλω*. **Matth. § 506, VI. Lobeck. ad Phryn. p. 747.** — *ἐξὸν*, **vid. ad II, 24.** — *ἄλλοθι*, **in finibus Olynthiorum. Bekk. Anecd. p. 135 totus hic locus laudatur.** — *εἰς τοῦτο*, **II, 8:** *πρὸς τοῦτο πάρεστι*, **ubi vide. De vi ironica partic.** *δήπου* **in fine periodi cfr. IX, 29.**

10 Ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ δεῖ βοηθεῖν, εἴποι τις ἄν, πάντες ἐγνώκαμεν, καὶ βοηθήσομεν· τὸ δὲ ὅπως, τοῦτο λέγε. μὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, θαυμάσητε, ἂν παράδοξον εἴπω τι τοῖς πολλοῖς: νομοθέτας καθίστατε. ἐν δὲ τούτοις τοῖς νομοθέταις μὴ θῆσθε νόμον μηδένα (εἰσὶ γὰρ ἱκανοὶ ὑμῖν), ἀλλὰ τοὺς εἰς τὸ παρὸν βλάπτοντας ὑμᾶς

§ **10**, 5. *καθίστατε Vulg. Funkh. Reut. Voem.* 1843., *καθίσατε Bekk. de suo, quem Voem.* 1829. *Dindf. et Tur. sequuti sunt.* — 6. *ἱκανοὶ ὑμῖν Σ, ὑμῖν ἱκανοὶ Vulg. Voem.* 1843, *defendente Benselero de hiatu p.* 63.

§ 10. Quum Orator docuisset, bellum esse necessarium, ad pecuniae rationem transit, de qua jam exposuerat I, 20. Vide Argumentum. — *παράδοξον*, *absurdum* videbatur, legislatores creari, quasi metus esset, ne respubl. corrueret aut in paucorum veniret potestatem. Est haec *προδιόρθωσις*. — *νομοθέτας*, horum, quos Solon instituerat, erat, ut et leges novas rogarent et viderent, ne qua lex contraria alteri exstaret. Loca, quae hoc testantur, Aesch. II, 38. Dem. XXIV, 33. Vid. Postell. de Rep. Ath. c. V. Wolf. ad Lept. p. CXXXV. Schoemann de Com. Ath. p. 248. Hermann § 131. Numerus eorum mille et unus; sorte ex heliastis eligebantur. Petit. L. Att. p. 171. Sed novum et extraordinarium Nomothetarum genus Orator fieri vult, qui abrogent leges theatrales. Schoemann l. l. p. 272 et Westerm. ad Plut. Sol. 25. Mox pro *καθίστατε* Bekk. de suo dedit *καθίσατε*, probat Engelhardt. ad h. l. cum Sauppio et loca adfert Demosthenis (vid. Ind. Reisk. s. v.), ubi *καθίζειν* ad legislatores et judices refertur, de quibus *καθιστάναι* a nostro oratore dici negat. Sed loco Aristoph. Plut. 917: *οὐκοῦν δικαστὰς ἐξεπίτηδες ἡ πόλις ἄρχειν καθίστησιν*, multa simillima ex Xenophonte (Sturz. Lex. Xen. s. v.) addi possunt, unde patet, notionem *eligendi* (*ἀρχάς*, *ἄρχοντας*, *ὑπάρχους*) recte huic voci subesse, quae quidem a *καθίζειν* eo differt, quod haec potissimum ad *δικαστὰς* spectat. Similiter nos *waehlen* et *einsetzen* distinguimus. Non est, cur vulgatam damnemus, quae his scholiastae verbis defenditur: *τὸ οὖν μέλλον ῥηθῆναι παρὰ τοῦ δήμου, ὅτι σὺ κελεύεις νομοθέτας καθίστασθαι;* Dem. IV, 36: *τριηράρχους καθίσταμεν*. Frank. et nuper Voemel. mihi adstipulantur. — *ἐν τούτοις*, *in his*, quippe qui leges novas rogent, i. e. *per* hos, cfr. **XXIV**, 33: *τῶν δὲ νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν νομοθέταις* i. e. in eorum concilio, cfr. Matth. p. 1140.

λύσατε. λέγω τους περὶ τῶν θεωρικῶν, σαφῶς 11
οὑτωσί, καὶ τοὺς περὶ τῶν στρατευομένων ἐνίους,
ὧν οἱ μὲν τὰ στρατιωτικὰ τοῖς οἴκοι μένουσι δια-
νέμουσι θεωρικά, οἱ δὲ τοὺς ἀτακτοῦντας ἀθῴους
καθιστᾶσιν, εἶτα καὶ τοὺς τὰ δέοντα ποιεῖν βου-
λομένους ἀθυμοτέρους ποιοῦσιν. ἐπειδὰν δὲ ταῦ-
τα λύσητε καὶ τὴν τοῦ τὰ βέλτιστα λέγειν ὁδὸν πα-
ράσχητε ἀσφαλῆ, τηνικαῦτα τὸν γράψοντα, ἃ πάν-

§ 11, 1. λέγω Σ Tur. Frank., λέγω δὲ Bk. Voem. Dindf. — 8. γράψοντα] γράψαντα pr Σ ap. Dindf.

210: *ἡ πόλις εἰς ὑπηρέτου σχῆμα καὶ τάξιν προελήλυθε.* De hac formula usitatissima vid. Weber ad Aristocr. p. 234. Cur. locus II, 14 huc referri nequeat, ibi vide. Similiter Latini *numero* utuntur, Cic. Caecil. c. 19. — *ἀγαπῶντες acquiescentes* dicuntur, qui rem aliquam detestabilem nacti laetantur, quod hac, neque deteriore utuntur conditione. Vid. Maetzner ad Lyc. p. 155. Lectionem vulgatam *μεταδιδῶσι* retinui, quanquam *πέμψωσιν* sequitur, „alterum saepius, semel alterum fieri potuit." *Voemel.* Cfr. I, 14. De *pecunia theatrali* vid. ad § 11. — *Βοηδρόμια πέμψωσιν, Boedromia celebrare* i. e. festum Apollini sacrum in memoriam auxilii, quod olim Xuthus Erechtheo in bello Eleusinio mense Boedromione praestiterat. Orator perstringit eos, qui, ut Eubulus, plebem titillabant iis voluptatibus, quas vehementer hauriebat. Hermann Staatsalt. § 171, 12. Wachsmuth II. p. 288. Nostram lectionem bene Funkhaenelius defendit, vestigia legens Bernhardyi Synt. p. 112 et fretus tum bonor. cod. auctoritate tum Harpocr. et Ulpian. Vetusta lectio *βοΐδια πέμψ.*, *buculos mittent*, vix reperiet hodie patrocinantem. — *ἀνδρειότατον* ironice accipiendum esse jam scholiasta sensit, ita ut huic lectioni vulgata longe cedat; de syntactica ratione vid. ad II, 1. — *προσοφείλετε, beneficiorum a vobis in illos collocatorum gratiam iis debetis.* — *καθειρξαντες ὑμᾶς*, scholiasta auctore metaphora est translata a brutis, quae quis cicurat. — *τιθασεύουσι* Etym. M. 758, 27 explicat per *χειροήθη ποιεῖν.* Confer Plut. Num. 8: *δημαγωγῶν καὶ τιθασεύων τὸ θυμοειδὲς καὶ φιλοπτόλεμον.*

κὸν φρόνημα λαβεῖν μικρὰ καὶ φαῦλα πράττοντας· ὁποῖ' ἄττα γὰρ ἂν τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνθρώπων ᾖ, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ φρόνημα ἔχειν. ταῦτα μὰ τὴν Δήμητρα οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, εἰ μείζων εἰπόντι ἐμοὶ γένοιτο παρ' ὑμῶν βλάβη ἢ τῶν πεποιηκότων αὐτὰ γενέσθαι· οὐδὲ γὰρ παῤῥησία περὶ πάντων ἀεὶ παρ' ὑμῖν ἐστιν, ἀλλ' ἔγωγε ὅτι καὶ νῦν γέγονε θαυμάζω.

33 Ἐὰν οὖν ἀλλὰ νῦν γ' ἔτι ἀπαλλαγέντες τούτων τῶν ἐθῶν ἐθελήσητε στρατεύεσθαί τε καὶ πράττειν ἀξίως ὑμῶν αὐτῶν, καὶ ταῖς περιουσίαις ταῖς οἴκοι ταύταις ἀφορμαῖς ἐπὶ τὰ ἔξω τῶν ἀγαθῶν χρή-

§ 32, 6. *εἰπόντι ἐμοὶ*] *εἰπόντι μοι Voem.* 1843 *cum Dion. H. Vid. Benseler de hiatu p.* 64. — *ibid. βλάβη ἢ*] *vid. adnot.* — 8. *ἀεὶ*] *αἰεὶ Bk.* 1824, *sed* 25 *et* 35 *ἀεί.*

§ 32. *γενναιόν*, *liberale*; egregiam sententiam illustrat locus Cic. d. am. c. 9: „nihil altum, nihil magnificum ac divinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abjecerunt in rem humilem.“ — *μικρὰ πράττ.*, in misera et humili conditione esse, cfr. § 13. — *ὁποῖ' ἄττα*, qualia sunt instituta et studia hominum. Hesych. *ἐπιτήδ.* expl. *ἔργον, ποίημα.* — *ταῦτα οὐκ ἂν θαυμάσαιμι*, Demosthenes fatetur se non mirari, si libertas dicendi ipsi nocuit, mirari autem, quod ea jam uti licuerit. Vid. II, 23: *οὐδὲ θαυμάζω τοῦτ' ἐγώ*, — *ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμάζω, εἰ κτλ.* Eodem modo hic *ταῦτα* cum *θαυμάζω* conjungendum, neque vel ad *εἰπόντι* vel ad *βλάβη* referendum. Porro omnes editores legunt *βλάβη τῶν πεποιηκότων* i. q. *ἢ τοῖς πεποιηκόσι* praeter Augerum: *ἢ τῶν πεποιηκότων ἑκάστῳ αὐτὰ γενέσθαι*, assumens *ἑκάστῳ αὐτὰ* e Dionysio. Jam quum *Σ F* et meus *a* cum Dionysio post *βλάβη* inserant *ἢ*, non dubitavi hanc particulam, quae facile excidere potuit, recipere, ita ut *βλάβη* cogitando addatur. Ita omnia plana sunt nec te offendet vocalium concursus, si memineris II, 28 *πλοῖα ἃ* et similium. — *αὐτὰ* sc. ea, quae § 31 dixerat.

§ 33. *ἀλλὰ νῦν γ'*, „saepe *ἀλλὰ* sic dicitur, ut *εἰ μή*, quod debebat praecedere, plane omittatur.“ *Herm.* ad Vig. p. 811. H. l. supple *εἰ μὴ πρότερον* et cfr. Lys. X, 15: *ἂν πως ἀλλὰ νῦν γ' ἐπὶ τοῦ βήματος παιδευθῇ.* Hartung Partik. II. p. 41. — *ταύταις* sc. *ταῖς θεωρικαῖς*, vocat has pecunias *περιουσίας*, quippe quibus cives non opus habeant, et *τὰς οἴκοι*, quae in ipsa sunt civitate. His cives uti vult, ut *μέγα*

σησθε, ἴσως ἄν, ἴσως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τέλειόν τε καὶ μέγα κτήσασθε ἀγαθὸν καὶ τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγείητε, ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε. καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν ἐντίθησιν οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ, καὶ ταῦτα, ἃ νέμεσθε νῦν ὑμεῖς, οὔτε τοσαῦτά ἐστιν ὥστε ὠφέλειαν ἔχειν τινὰ διαρκῆ, οὔτ' ἀπογνόντας ἄλλό τι
38πράττειν ἐᾷ, ἀλλ' ἔστι ταῦτα τὴν ἑκάστου ῥᾳθυμίαν ὑμῶν ἐπαυξάνοντα. οὐκοῦν σὺ μισθοφορὰν λέγεις; 34
φήσει τις. καὶ παραχρῆμά γε τὴν αὐτὴν σύνταξιν ἁπάντων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἵνα τῶν κοινῶν ἕκαστος τὸ μέρος λαμβάνων, ὅτου δέοιτο ἡ πόλις, τοῦθ' ὑπάρ-

§ 33, 6. κτήσαισθε] κτήσησθε Σ ap. Dindf. — 8. ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν Σ ap. Dindf. et hic ipse 1846. Vulgo et cett. edd. οὔτ' ἰσχὺν ἐκεῖνα. — 13. ὑμῶν] ἡμῶν Σ. — § 34, 3. ἁπάντων] ἀπ' αὐτῶν Σ ap. Dindf. — 4. τοῦθ' ὑπάρχοι Σ, εἰς τοῦθ'

ἀγαθὸν consequantur, i. e. ut amissa recuperent et sui fiant juris. — λήμματα quae sint vid. ad II, 28 et cfr. huj. or. § 31. — ἀσθενοῦσι, amat Orator imagines a re medica desumtas, ut II, 21. Dativus pendet a διδομένοις. — καὶ γὰρ ἐκεῖνα — καὶ ταῦτα, particulae καί — καὶ inserviunt comparando. Plut. Pyrrh. c. 6: αἰχμηταὶ καὶ πόροι καὶ νῦν Αἰακίδαι. Similiter τε καί. Plat. Symp. p. 212 B: νῦν τε καὶ ἀεὶ ἐγκωμιάζω τὴν δύναμιν. Dem. XXIII, 199 ibique Weberus et Schaef. App. III. p. 402. Quare non colo cum plerisque edd. post ἐᾷ interpunxi, sed commate, quod idem a Bekkero 1825 et 35 factum video. Nostram locum citat Athen. VI. p. 270 (Vol. II. p. 535 Schwgh.) et Philostr. Apoll. p. 346, 27. — ἃ νέμεσθε, ut nos: was ihr euch geben lasst. — οὔτ' ἀπογνόντας, haec pecunia, quam accipitis, neque vires vestras auget, neque, si hoc medicamen *contemnitis*, vos aliquid facere patitur, quo ipsi vestras probetis vires et rem strenue geratis. Vid. IV, 42.

§. 34. οὐκοῦν σὺ μισθοφορὰν λέγεις; *ergo jubes nos pro stipendio, quod accipimus quodque in rem theatralem impendimus, militiam subire?* Imo statim in eundem ordinem omnes vult redigi (I, 20) τοῦ λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα. Nam his verbis explicatur id, quod h. l. dicit τὸ μέρος. Particc. καί — γε frequenter in initio responsionum usurpantur. Aristoph. Lys. 489. Pflugk ad Eur. Hec. 976. Asseverandi vim habent § 12. — τοῦθ' ὑπάρχοι, *ut*

κὸν φρόνημα λαβεῖν μικρὰ καὶ φαῦλα πράττοντας· ὁποῖ' ἄττα γὰρ ἂν τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνθρώπων ᾖ, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ φρόνημα ἔχειν. ταῦτα μὰ τὴν Δήμητρα οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, εἰ μείζων εἰπόντι ἐμοὶ γένοιτο παρ' ὑμῶν βλάβη ἢ τῶν πεποιηκότων αὐτὰ γενέσθαι· οὐδὲ γὰρ παῤῥησία περὶ πάντων ἀεὶ παρ' ὑμῖν ἐστιν, ἀλλ' ἔγωγε ὅτι καὶ νῦν γέγονε θαυμάζω.

33 Ἐὰν οὖν ἀλλὰ νῦν γ' ἔτι ἀπαλλαγέντες τούτων τῶν ἐθῶν ἐθελήσητε στρατεύεσθαί τε καὶ πράττειν ἀξίως ὑμῶν αὐτῶν, καὶ ταῖς περιουσίαις ταῖς οἴκοι ταύταις ἀφορμαῖς ἐπὶ τὰ ἔξω τῶν ἀγαθῶν χρή-

§ 32, 6. *εἰπόντι ἐμοὶ*] *εἰπόντι μοι Voem.* 1843 *cum Dion. H. Vid. Benseler de hiatu p.* 64. — *ibid. βλάβη ἢ*] *vid. adnot.* — 8. *ἀεὶ*] *αἰεὶ Bk.* 1824, *sed* 25 *et* 35 *ἀεί.*

§ 32. *νεανικὸν*, *liberales*; egregiam sententiam illustrat locus Cic. d. am. c. 9: „nihil altum, nihil magnificum ac divinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abjecerunt in rem humilem.“ — *μικρὰ πράττ.*, in misera et humili conditione esse, cfr. § 13. — *ὁποῖ' ἄττα*, qualia sunt instituta et studia hominum. Hesych. *ἐπιτήδ.* expl. *ἔργον*, *ποίημα*. — *ταῦτα οὐκ ἂν θαυμάσαιμι*, Demosthenes fatetur se non mirari, si libertas dicendi ipsi noceat, mirari autem, quod ea jam uti licuerit. Vid. II, 23: *οὐδὲ θαυμάζω τοῦτ' ἐγώ*, — *ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμάζω, εἰ κτλ.* Eodem modo hic *ταῦτα* cum *θαυμάζω* conjungendum, neque vel ad *εἰπόντι* vel ad *βλάβη* referendum. Porro omnes editores legunt *βλάβη τῶν πεποιηκότων* i. q. *ἢ τοῖς πεποιηκόσι* praeter Augerum: *ἢ τῶν πεποιηκότων ἑκάστῳ αὐτὰ γενέσθαι*, assumens *ἑκάστῳ αὐτά* e Dionysio. Jam quum *Σ F* et meus *α* cum Dionysio post *βλάβη* inserant *ἤ*, non dubitavi hanc particulam, quae facile excidere potuit, recipere, ita ut *βλάβη* cogitando addatur. Ita omnia plana sunt nec te offendet vocalium concursus, si memineris II, 28 *πλοῖα ἃ* et similium. — *αὐτὰ* sc. ea, quae § 31 dixerat.

§ 33. *ἀλλὰ νῦν γ'*, „saepe *ἀλλὰ* sic dicitur, ut *εἰ μή*, quod debebat praecedere, plane omittatur.“ *Herm.* ad Vig. p. 811. H. l. supple *εἰ μὴ πρότερον* et cfr. Lys. X, 15: *ἄν πως ἀλλὰ νῦν γ' ἐπὶ τοῦ βήματος παιδευθῇ*. Hartung Partik. II. p. 41. — *ταύταις* sc. *ταῖς θεωρικαῖς*, vocat has pecunias *περιουσίας*, quippe quibus cives non opus habeant, et *τὰς οἴκοι*, quae in ipsa sunt civitate. His cives uti vult, ut *μέγα*

σησθε, ἴσως ἄν, ἴσως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τέλειόν τε καὶ μέγα κτήσαισθε ἀγαθὸν καὶ τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγείητε, ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε. καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν ἐντίθησιν οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ, καὶ ταῦτα, ἃ νέμεσθε νῦν ὑμεῖς, οὔτε τοσαῦτά ἐστιν ὥστε ὠφέλειαν ἔχειν τινὰ διαρκῆ, οὔτ' ἀπογνόντας ἄλλό τι 38πράττειν ἐᾷ, ἀλλ' ἔστι ταῦτα τὴν ἑκάστου ῥᾳθυμίαν ὑμῶν ἐπαυξάνοντα. οὐκοῦν σὺ μισθοφορὰν λέγεις; 34 φήσει τις. καὶ παραχρῆμά γε τὴν αὐτὴν σύνταξιν ἁπάντων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἵνα τῶν κοινῶν ἕκαστος τὸ μέρος λαμβάνων, ὅτου δέοιτο ἡ πόλις, τοῦθ' ὑπάρ-

§ 33, 6. κτήσαισθε] κτήσησθε Σ ap. Dindf. — 8. ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν Σ ap. Dindf. et hic ipse 1846. Vulgo et cett. edd. οὔτ' ἰσχὺν ἐκεῖνα. — 13. ὑμῶν] ἡμῶν Σ. — § 34, 3. ἁπάντων] ἀπ' αὐτῶν Σ ap. Dindf. — 4. τοῦθ' ὑπάρχοι Σ, εἰς τοῦθ'

ἀγαθὸν consequantur, i. e. ut amissa recuperent et sui fiant juris. — λήμματα quae sint vid. ad II, 28 et cfr. huj. or. § 31. — ἀσθενοῦσι, amat Orator imagines a re medica desumtas, ut II, 21. Dativus pendet a διδομένοις. — καὶ γὰρ ἐκεῖνα — καὶ ταῦτα, particulae καὶ — καὶ inserviunt comparando. Plut. Pyrrh. c. 6: αἰχμηταὶ καὶ πόρος καὶ νῦν Ἀλκαίδαι. Similiter τε καὶ. Plat. Symp. p. 212 B: τῶν τε καὶ ἀεὶ ἐγκωμιάζω τὴν δύναμιν. Dem. XXIII, 199 ibique Weberus et Schaef. App. III. p. 402. Quare non colo cum plerisque edd. post ἐᾷ interpunxi, sed commate, quod idem a Bekkero 1825 et 35 factum video. Nostrum locum citat Athen. VI. p. 270 (Vol. II. p. 535 Schwgh.) et Philostr. Apoll. p. 346, 27. — ἃ νέμεσθε, ut nos: was ihr euch geben lasst. — οὔτ' ἀπογνόντας, haec pecunia, quam accipitis, neque vires vestras auget, neque, si hoc medicamen contemnitis, vos aliquid facere patitur, quo ipsi vestras probetis vires et rem strenue geratis. Vid. IV, 42.

§. 34. οὐκοῦν σὺ μισθοφορὰν λέγεις; ergo jubes nos pro stipendio, quod accipimus quodque in rem theatralem impendimus, militiam subire? Imo statim in eundem ordinem omnes vult redigi (I, 20) τοῦ λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα. Nam his verbis explicatur id, quod h. l. dicit τὸ μέρος. Partice. καὶ — γε frequenter in initio responsionum usurpantur. Aristoph. Lys. 489. Pflugk ad Eur. Hec. 976. Asseverandi vim habent § 12. — τοῦθ' ὑπάρχοι, ut

χοι. ἔξεστιν ἄγειν ἡσυχίαν· οἴκοι μένων εἶ βελτίων, τοῦ δ' ἔνδειαν ἀνάγκῃ τι ποιεῖν αἰσχρὸν ἀπηλλαγμένος. συμβαίνει τι τοιοῦτον, οἷον καὶ τὰ νῦν· στρατιώτης αὐτὸς ὑπάρχων ἀπὸ τῶν αὐτῶν τούτων λημμάτων, ὥσπερ ἐστὶ δίκαιον ὑπὲρ τῆς πατρίδος. ἔστι τις ἔξω τῆς ἡλικίας ἡμῶν· ὅσα οὗτος ἀτάκτως νῦν λαμβάνων οὐκ ὠφελεῖ, ταῦτ' ἐν ἴσῃ τάξει λαμβάνων, πάντ'

ἕτοιμος ὑπάρχῃ Bekk. 1816, *τοῦθ' ἑτοίμως ὑπάρχοι Voem.* 1829. *εἰς τοῦθ' ὑπάρχῃ Frank. de conj., εἰς τοῦθ' ἑτοίμως χρήσιμον ἑαυτὸν παρέχοι Vulg.* — § **34**. 5. *εἶ βελτίων*] *βελτίων pr Σ Tur. Frank.* — 10. *ἡμῶν Σ Tur. Frank., ὑμῶν Vulg. et cett. edd.* — 11. *ὠφελεῖ*] *ὠφελεῖται Σ, ὠφελεῖ Σ a manu recentiss. ap. Dindf.* — *ibid. λαμβάνων Σ Dionys. Tur. Frank., λαμβανέτω Vulg. et cett. edd.*

suam quisque partem accipiens sit i. e. id praestet, quo civitas egeat. Nam *τοῦτο* praedicati locum obtinet, neutrum autem genus saepe ad nomina mascul. et femin. referri vidimus ad II, 15. Haec res iis offensioni fuit, qui lectionem bonorum librorum, nunc a plerisque editoribus receptam, in eas commutarent, quas videsis in not. crit. Nos: *dass jeder das sei, was der Staat von ihm verlangt.* Cfr. Funkhaen. Qu. Dem. p. 93. Optativum *ὑπάρχοι* explicat Engelhardt p. 34 *εἶπον* supplendo, nisi quis, quod malim, cum Hermanno ad Eur. Iph. T. 1181 statuat oratorem *eventum tantummodo cogitatum* exhibuisse. — *ἔξεστιν ἄγειν ἡσυχίαν*, Orator *τὴν αὐτὴν σύνταξιν* per partes explicat eodem usus schemate quo § 18. Quare cum Funkh., Frank. et Sauppio colon post *ἡσυχίαν*, *τὰ νῦν* et *ἡμῶν* posui, Bekk. Voem. Tur. et Dindf. signum interrogandi. Simillimam colloquii figuram admisit Horat. Sat. I, 3. 56 sqq. — *εἶ βελτίων*, pacem agens licet: *domi manens in meliore eris statu*, non enim est, quod ab aliis largitiones accipias (*αἰσχρόν τι ποιεῖν*), itaque his qui dent parcas. Assentitur mihi Schaeferus contra Weiskium de hyp. III. p. 34 explicantem: turpiter apud exteros mercede data militare. Quum autem duo libri, quorum alterius lectiones mihi valde suspectae sunt, *εἶ* omittant, omisere Turicenses et Frankius probante Funkhaenelio Zeits. f. Alterthw. 1845 p. 319; atqui *βελτίων*, *ὑπάρχων*, *λαμβάνων* vix carent verbo substantivo et si quis cum Sauppio *ὑπαρχοι* supplet, durior fit oratio. Accedit auctoritas Dionys. H., qui Vol. V. p. 609 locum h. laudat. — *καὶ τὰ νῦν*, si quid tale evenerit, quale nunc, ut sit bellum gerendum. — *στρατιώτης αὐτὸς*, si, bello exorto, stipendia facies et duos obolos accipies. Petit. L. Att. p. 554. *ἀπὸ τῶν*, cfr. ad I, 22. — *ἔξω τῆς ἡλικίας*, i. e. *ὑπὲρ τὸν κατάλογον*,

ἐφορῶν καὶ διοικῶν ἃ χρὴ πράττεσθαι. ὅλως δὲ 35
οὔτ' ἀφελὼν οὔτε προσθεὶς πλὴν μικρὸν, τὴν ἀταξίαν ἀνελὼν εἰς τάξιν ἤγαγον την πόλιν, τὴν αὐτὴν τοῦ λαβεῖν, τοῦ στρατεύεσθαι, τοῦ δικάζειν, τοῦ ποιεῖν τοῦθ' ὅ τι καθ' ἡλικίαν ἕκαστος ἔχοι καὶ ἅτου καιρὸς εἴη, τάξιν ποιήσας. οὐκ ἔστιν ὅπου μηδὲν ἐγὼ ποιοῦσι τὰ τῶν ποιησόντων εἶπον ὡς δεῖ νέμειν, οὐδ' αὐτοὺς μὲν ἀργεῖν καὶ σχολάζειν καὶ

§ **35**, 2. μικρὸν *Vulg.*, μικρῶν *Σ et Frank.* — 7. μηδὲν *Σ*, *Bk.* 1824. 35. *Tur. Dindf. Voem.* 1843. *Frank. Funkh.*, τοῖς μηδὲν *Σ a manu antiqua ap. Dindf. Bk.* 1816, 25. *Voem.* 1829. *Engelh. p.* 34. — *ibid.* ἐγὼ ποιοῦσι *Vulg. et Σ ap. Dindf. et hic ipse* 1846, ποιοῦσιν ἐγὼ *cett. edd.* — *ibid.* ποιησόντων *Σ Bk.* 1824 *et* 35. *Dindf. Funkh. Tur.*, ποιούντων *Bk.* 1816 *et* 25. *Voem. Frank. Vid. adnot.*

de aetate militari dict. ad § 4 et IV, 34. — ἀτάκτως, schol. μὴ στρατευόμενος. — ἐν ἴσῃ τάξει, pariter ac illi, qui stipendia faciunt, auferent suam pensionem, qui res domesticas administrant et reipublicae praesunt, cfr. huj. or. § 11. Ad alterum λαμβάνων supple εἰ e praecedd., et noli comma expungere, nam ἐφορῶν καὶ διοικῶν continent causam τοῦ λαμβάνειν.

§ 35. οὔτ' ἀφελὼν — πλὴν μικρὸν, *pauca vel addendo vel detrahendo cives in eundem ordinem redactos esse volui* (ἤγαγον), qui qualis sit, statim exponit in mentem revocans superiora. Quum Bekkerus 1824 ante πλὴν μικρὸν interpunxisset, sequuti sunt Turicenses et Sauppius, qui πλὴν μικρὸν τὴν ἀταξίαν ἀνελὼν (*nisi quod paululum temeritatem coercui*) ad corrigendum id, quod iis, quae dixit, οὔτ' ἀφελὼν οὔτε προσθεὶς nimium erat, addi censet. At Bekk. ipse mente mutata 1825 et 35 comma post μικρὸν posuit; recte: nam refertur illud additamentum eo, quod dixit ἵν' ἕκαστος, ὅτου ἡ πόλις δέοιτο, τοῦθ' ὑπάρχοι. Quod vero πλὴν μικρὸν cum plerisque edd., non πλὴν μικρῶν cum uno scripsi, causa haec est, quod μικρὸν rectius pendet ab ἀφελὼν et προσθεὶς quam a πλὴν, nam praepositio est excipientis, adverbium coercentis, cfr. XXI, 181: οὐτ' ἄλλην σκῆψιν οὐδεμίαν ἔχων, πλὴν ὕβριν, τοιαῦτα πεποίηκεν. — οὐκ ἔστιν ὅπου, minime illud ego institui hac aequalitate, ut desides domi maneant et accipiant, quae strenuis viris sunt impertienda. — ποιησόντων, „recte futurum ponitur ut in re, quae non revera est, sed quam orator proponit sperans fore ut cives rem publicam ita, ut vult, instituant.“ *Funkh.* — ἀργεῖν est militiam detrectantis, σχολάζειν omnem curam abjicientis, ἀπορεῖν, schol.: καλεῖ τὸ λαμβάνειν τοὺς δύο ὀβόλους,

ἀπορεῖν, ὅτι δὲ οἱ τοῦ δεῖνος νικῶσι ξένοι, ταῦτα
36 πυνθάνεσθαι· ταῦτα γὰρ νυνὶ γίγνεται. καὶ οὐχὶ
μέμφομαι τὸν ποιοῦντά τι τῶν δεόντων ὑπὲρ ὑμῶν,
ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν ἀξιῶ πράττειν
ταῦτα, ἐφ' οἷς ἑτέρους τιμᾶτε, καὶ μὴ παραχωρεῖν,
ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῆς τάξεως, ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι
τῆς ἀρετῆς μετὰ πολλῶν καὶ καλῶν κινδύνων κτη-
σάμενοι κατέλιπον.

Σχεδὸν εἴρηκα ἃ νομίζω συμφέρειν· ὑμεῖς δ' ἔλοισθε
ὅ τι καὶ τῇ πόλει καὶ ἅπασι συνοίσειν ὑμῖν μέλλει.

ἐξὸν πλουτεῖν ἐκ τοῦ πολέμου. — τοῦ δεῖνος, eos tangit, qui mercenariis praeerant, ut Chares, Charidemus, Diopithes aliique. Cfr. IV, 46 et Ziemann de bello Olynthico p. 13.

§ 36. οὐχὶ μέμφομαι, hic locus laudatur in Bekk. Anecd. p. 156, ubi ὑπὲρ ἡμῶν legitur, cfr. IV, 27. Decet Orator non odio mercenariorum se haec dicere, sed Atheniensium studio. — τῆς τάξεως τῆς ἀρετῆς, hac imagine a re militari repetita utitur ad virtutis quasi ordinem significandum et commendandum, ex quo scilicet majores Graeciae principatum tenebant. XV, 32: ἐχρῆν τὴν αὐτὴν ἔχειν διάνοιαν ὑμᾶς περὶ τῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ τάξεως, ἥνπερ περὶ τῆς ἐν ταῖς στρατείαις ἔχετε. coll. XIV, 35. XVIII, 173. — καὶ καλῶν, in paucis libris additur καὶ μεγάλων, quod fluxisse videtur e IX, 74: ὑμῶν οἱ πρόγονοι τοῦτο τὸ γέρας ἐκτήσαντο καὶ κατέλιπον μετὰ πολλῶν καὶ μεγάλων κινδύνων. Orvill. ad Char. p. 620 docet καλὰ et μεγάλα saepe confundi. De ipsa formula πολλὰ καὶ μεγ. exposui ad Liban. Arg. Olynth. I, 1. — καὶ ἅπασι, Demosthenes hic quoque judicium de pecunia theatrali effugit, ut Atheniensibus relinquatur reipubl. prospicere. Ceterum alias etiam orationes (IV. IX.) hoc modo finit.

DEMOSTHENIS

IN PHILIPPUM ORATIO PRIMA.

PROLEGOMENA.

§ 1. Demosthenis orationem, quam *Philippicam primam* dicunt, post Olynthiacas non solum omnes libri scripti et plerique editi collocaverunt, sed etiam cum rhetoribus graecis Walzii Harpocration, Libanius, Suidas, Ulpianus [1]), praeter Dionysium Halicarnassensem, ex cujus loco aliquo in epistola ad Ammaeum, quem statim adferam, non pauci fuerunt qui concluderent, orationem istam ante Olynthiacas Ol. 107, 1 (352) esse habitam. Ac primo quidem hos ipsos nominabo: agmen ducit A. Schottus in Parallelis 1603. Hunc sequuti sunt Tourellus 1701 [2]), Lucchesinius 1724 [3]), Mountenejus 1731, nostra aetate Im. Bekkerus 1816, 25 et 35, Ruedigerus 1818 et 29, Bremius 1829, Klinkmüllerus 1832, Reuterus 1833, Sauppius 1845. Idem fecerunt interpretes Olivetus 1736, Ginius 1791, Jacobsius 1805 et 29, A. G. Becker 1824. Ab iisdem partibus quanquam Voemelius 1829 et Frankius 1842 stant, tamen in editionibus ordinem vulgatum retinuerunt, quem et ipsum servatum vides ab omnibus iis, qui Demosthenis opera omnia vel ediderunt, vel e graeca lingua in patriam converterunt.

Jam quaeritur de ipso Dionysii loco, qui in ep. ad Amm. c. 4. (Vol. VI. p. 725 ed. Reisk.) legitur: μετὰ δὲ Θεόδημον

1) Vid. Boehneck. Forschungen p. 232 et 34.

2) Vulgo quidem, sed injuria Tourellum dicunt primum vestigia Dionysii legisse. Vid. de hoc interprete Reiskium in Schaefer. App. I. p. 104 et A. G. Becker Lit. d. Demosth. p. 154. n. 15.

3) Cf. Annotata p. 235 ed. Rom.

ἦν Ἀριστόδημος ἄρχων [Ol. 107, 1], ἐφ' οὗ τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν ἤρξατο (Δημοσθένης) καὶ λόγους ἐν τῷ δήμῳ διέθετο περὶ τῆς ἀποστολῆς ξενικοῦ στρατεύματος καὶ τῶν δέκα Γαδικῶν (?) [4]) τριήρων εἰς Μακεδονίαν. Quodsi verba ἤρξατο δημηγοριῶν et mentio τῶν δέκα τριήρων (cfr. § 22) ad nostram orationem referri *possit* [5]), tamen mirum est, quod scriptor neque pro more suo initium orationis ipsum expresserit et λόγους διέθετο dixerit, non λόγον. Quare argumentum ex hoc auctore desumtum, probabile quidem, at non certum, editores non adducere debebat, ut orationem suo loco moverent, nisi aliae accederent causae.

§ 2. Priusquam de his dicatur, alia quaestio, ex eodem fonte repetita, in disceptationem est vocanda: *utrum haec oratio una sit an in duas partes* § 1—29 et § 30—51 *dividi debeat.* Etenim Dionysius in eadem epist. c. 10. (VI. p. 736) scribit: ἔπειτα Θεμιστοκλῆς ἄρχων ἐστὶν (Ol. 108, 2.), ἐφ' οὗ τὴν ἕκτην [6]) τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν ἀπήγγειλε Δημοσθένης περὶ τῆς φυλακῆς τῶν νησιατῶν καὶ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων, ἧς ἐστὶν ἀρχή: ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτ' ἔστιν. Extrema haec verba prorsus concinunt cum initio § 30, at argumentum non satis quadrat in hanc alteram partem, etsi Boehneckio [7]) et Rankio concedam, τὴν φυλακὴν τῶν νησιατῶν ad § 32 et τῶν ἐν Ἑλλησπ. πόλεων ad § 42 pertinere posse [8]). At minime annus quadrat: nam quum Olynthus Ol. 108, 1 expugnata esset, qui tandem fieri potuit, ut Demosthenes tantae rei nullam proderet

4) Pro hac lectione depravata alii aliam, Boehneckius ταχικῶν conjecit, quod certe ipsi Dem. loco convenit.

5) Idem statuunt Becker Uebersetz. der Phil. Reden I. p. 26. n. 78, Held Proleg. ad Dem. Phil. I. (Vratisl. 1831) p. 19, Boehneck. p. 220.

6) Pro τὴν ἕκτην — nam τῆς πέμπτης nulla mentio facta erat — alii τὴν πέμπτην legi voluerunt, alii menti Dionysii orationem de Contributione, utpote quintam, obversatam fuisse. Res est manetque incerta.

7) Forschungen p. 275. Ranke in Ersch u. Gruber Encycl. XXIV. p. 92.

8) Cfr. Seebeck in Zeitsch. f. Althw. 1838 p. 748: „es ist durchaus möglich, dass der Rhetor bei Erwähnung der gedachten Philippica an den zweiten Theil unserer Rede gedacht hat".

memoriam Ol. 108, 2? Enimvero quod olim [9]) ostendisse mihi videor, Dionysium minus subtiliter scripsisse, id confirmatum legis ab A. G. Beckero [10]) et Rankio [11]) dicente, epistolam ad Ammaeum a Dionysio scriptam esse eo tempore, quo nondum singula quaeque perquisiverat ea diligentia, quam adhibere solent, qui de argumento aliquo scribere conantur. Notatu autem dignissima sunt verba Ulpiani ad § 30: *ἐντεῦθέν φησι Διονύσιος ἑτέρου λόγου εἶναι ἀρχὴν* [*προοίμιον δὲ, φησὶν, οὐκ ἔχει, ἐπειδὴ δευτερολογία ἐστὶν, ἐν αἷς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὐκ ἔστι προοίμια*][12]). *Οὐ λέγει δὲ ἀληθῆ· ἐπειδὴ γὰρ ἄνωθεν ὑπέσχετο περὶ τοῦ πόρου χρημάτων εἰπεῖν, νῦν τοῦτο δεικνύει· καὶ ἔστιν ὥσπερ ἐπίλογος, ὥσπερ ἐποίησε καὶ Ἰσοκράτης ἐν τῷ τοῦ Τραπεζιτικοῦ τέλει κατὰ Λοχίτου αἰκίας ἐπίλογον θεὶς.* Atqui non defuerunt, qui Dionysium probarent, multo plures, qui impugnarent: utrorumque locos attulerunt Boehneck. p. 223, n. 1 et, quem hic praetermisit, M. Seebeck. Ex illis, qui orationem nostram in *duas* partes dispertiendam censuere, nomino praeter Schottum, Lelandum, Wachsmuthium [13]), Flathium, inprimis Heldium et Seebeckium; vulgatam rationem *defenderunt* praeter Weiskium (de hyp. I. p. 30. III. p. 27—30), Zimmermannum, Westermannum (Qu. Dem. I. d. 79), Boeckhium (Staatsh. II. 108), Winiewskium (Com. hist. p. 59) inprimis A. G. Beckerus in libro Demosth. als Redner u. Staatsmann p. 268 sqq. et in notis ad interpret. Phil. I. p. 80 sq. et J. H. Bremius in Philol. Beiträg. a. d. Schweiz I. p. 21—35. Jacobsius denique et Ruedigerus, qui

---

9) De canone Philipp. Dem. p. 10. (ed. Dem. Phil. Vol. II. p. 194.)

10) Ueber Dionysios als ästhetisch-krit. Schriftsteller p. XXVI. Haec commentatio praefixa est interpretationi Dionys. de admir. vi Dem. Lpz. 1829.

11) In epistola ad Ziemannum, hujus libello de bello Olynth. praemissa, p. VI.

12) Verba, quae uncis inclusi, unde unde sint nata, in Dionysii loco non leguntur: sunt igitur notanda. Eadem habet cod. Rehdigeranus, cujus lectiones Passov. in Praef. ad Rauchenst. d. ord. Olynth. p. XI attulit.

13) Hell. Alt. I. p. 298. n. 97 ignoravit alteram Jacobsii interpretationis editionem et disputationis Seebeckii (non Seebodii) argumentum, de quo dicturus sum, aliud nominat, quam vere est.

(1805 et 1818) Dionysio adstipulabantur, hic 1829, ille 1833 altera castra sequi coeperunt. Adversariorum autem alter J. Heldius [14]) valde suspicatur, partes singulas pro singulis orationibus esse accipiendas, quas uno anno, uno fortasse eodemque mense Demosthenes publice habuerit. Suspicionis hujus causas quum Seebeckius p. 759 sqq. satis diluerit, certe videndum est, quae alia res hunc ipsum moverit, ut Philippicam primam duabus contineri partibus censeret. De qua quidem re acute et subtiliter in singulari dissertatione [15]) exposuit et non solum virorum doctorum, qui orationem nostram dispertiendam esse negassent, vincula perstrinxit, sed etiam suam sententiam argumentis stabilivit[16]). Quorum ea praetermitto, quae leviora videntur, unum persequor, quippe in quo cardo rei vertatur. Etenim p. 775 haec ille: „der im ersten Theile [§ 16 sqq.] entwickelte Kriegsplan ist wesentlich verschieden von dem, was der Redner im zweiten Theile [§ 32] vorschlägt; und kann das Heer, von welchem in dem letztgenannten Theile die Rede ist, nicht mit dem im ersten Theile genannten grösseren Heere identisch sein, weil das eine sofort abgehen und das andere nur in Athen bereit sein soll, so haben wir nunmehr auch erkannt, dass die im zweiten Theile erwähnte Kriegsmacht eben so wenig mit dem im ersten Theile genannten kleineren Heere identisch sein kann [§ 22]; ihre Bestimmung ist verschieden, da jene die weiteren Eroberungsplane des Königs vereiteln, dieses aber ein feindliches Zusammentreffen mit dem König selbst vermeiden und vielmehr nur nach Art der Freibeuter im Kleinen schadend den Krieg führen soll.“ Atqui haec speciose magis quam vere disputata dixerim: nam quas copias parandas esse priore parte dixerat Orator, easdem jubet

14) Prolegomena ad Dem. Phil. I. scrips. *J. Held.* Vratisl. 1831. p. 25.

15) Zur Kritik der ersten Philippica des Demosthenes in Zeitschr. f. Alterthw. 1838. p. 737—787.

16) Caput sententiae p. 785 his expressit verbis: „Demosthenes hat unsere mit den Worten *Ἃ μὲν ἡμεῖς* anfangende Rede im Jahr Ol. 107, 2 und zwar als Mitglied des Senats in Folge eines besondern Auftrags dieser Behörde vor dem Volke gesprochen“. Nam priorem partem ad Ol. 107, 1 refert.

utrique officio satisfacere, ut et Philippi vim atque impressiones defendant et eum observantes, si tempus fert, adgrediantur. Quare addit § 33: *ἃ οὖν χρήσεται καὶ πότε τῇ δυνάμει, παρὰ τὸν καιρὸν ὁ τούτων κύριος καταστὰς ὑφ' ὑμῶν βουλεύσεται.* Ducibus enim liberam optionem dari vult, quo modo et quando copiis uti instituant. Accedit, quod § 20 cavet, ne mercenariis solis rem permittant, sed e civibus eligant qui et adsint et praesint; in altera autem parte § 32 abstinere Athenienses jubet a milite tumultuario et utantur perpetuo. Quis neget, alterum altero confirmari? Neque vero etiam praetermittendum videtur, quod prior pars in eandem rem desinit, a qua altera orditur: nempe justum hoc est et luculentum vinculum orationis in duas partes minime dirimendae; alioquin prior, quae quidem acrior est et vehementior, fine, secunda, quae sedatior et tranquillior [17]), initio careret [18]). Alia missa facio, de quibus utrinque disputari possit, hoc addens — de quo vid. Argumentum nostrum deinceps subjiciendum — *rogationem* § 16—29 latam inde a § 30 *confirmari* atque Athenienses a desidia et rebus vanis non minus revocari quam ad injurias Philippi propulsandas commoveri. Denique non possum quin *Bremii* addam verba, qui l. l. p. 31 haec habet: „Wenn auch Demosthenes früher sich äussert [§ 13], er wolle von der Dringlichkeit kräftigerer und durchgeführterer Maassregeln für Ein Mal nicht mehr reden, so kann diess unmöglich Jemand so verstehen, als ob er nun in dieser Rede nicht mehr davon sprechen dürfte; im Gegentheil, da diess offenbar der Fundamental-Satz des Ganzen ist, so wäre es sehr befremdend, wenn dessen weiter keine Erwähnung geschähe; er muss wieder, wenn nur als untergeordnet, und zwar am Ende erscheinen, als letztes, wie als erstes. Diess hat Dem. naturgemäss gethan. Von

17) Has utriusque partis virtutes nescio an quis inde ortas dixerit, quod, quum supra civium animos orationis face inflammasset, infra eosdem ad rem strenue gerendam graviter commoveat.

18) *Winiewski* l. l. p. 60 dicit: „pro non dirimenda oratione argumentum omnium firmissimum ipsa mihi videtur interna ambarum partium cohaerentia esse, qua dissoluta prima certe orationis pars manca evaderet.“

dem Bedürfniss ging er aus; die Hülfsmittel zu dessen Befriedigung setzte er auseinander; die leichte und zweckmässige Anwendung erhob er über jeden Zweifel, und mit der unerlässlichen Nothwendigkeit, die Hülfsmittel zu verschaffen und zu gebrauchen, schliesst er. Diess ist ein einfaches, in sich vollendetes Ganzes, gerade wie es sich in unserer Rede vorfindet. Was man immer wegnimmt, es wird verstümmelt. Der Gang, welchen Demosth. dabei beobachtet, ist der einzig wahre. Er darf nicht übergehen, wie die vorgeschlagene Macht gebraucht werden könne und solle. Mangelt das, so gleicht die Sache einem Project in den Wind. Und eben diess enthält der Theil, der gewaltsam weggerissen werden soll; er enthält es auf die lobenswürdigste Art. Dem. gibt nur einige Grundideen für die Anwendung; das Specielle macht er, wie billig, von weiser Benutzung der Umstände abhängig. Aber dass es dringend sei, diese Grundideen zu fassen, und sie klug anzuwenden, das führt er bis zum Ende durch mit dem grössten Nachdruck. Dieses Raisonnement hätte auch keineswegs für Ol. CVIII, 2. gepasst. Denn damals nach der Zerstörung Olynths war man allgemein friedlich gestimmt und man dachte mehr auf einen sichern Frieden als eine drohende Stellung. Erst später, da Philippos nach wirklich geschlossenem Frieden lange Zeit sich so benommen hatte, als ob er immer in offenem Kriege wäre, fing man noch an von letzter Kraftanstrengung zu sprechen."

§ 3. Sed posteaquam ostendimus, orationem nostram non diversi, sed ejusdem esse temporis, de hoc ipso est quaerendum et eo, unde deflexímus, redeundum. Vidimus, causam, cur editores plerique Philippicam primam ad Ol. 107, 1 rejiciant, niti Dionysii Hal. auctoritate: hanc vero satis incertam esse quis non confiteatur? quare jam Rankius [19]) eam putat esse Ol. 107 anni tertii, et Winiewskius [20]) haec scribit: „persuasum mihi habeo, totam potius orationem post Olynthiacas Demosthenis orationes, Ol. 107, 4 habitas, constituendam esse, quod innuit

19) Ersch u. Gruber Encycl. XXIV. p. 98.
20) Com. hist. et chron. p. 61.

Harpocr. v. *ἱερὰ τριήρη*, quam in duas eam orationes dirimi posse.“ Cui sententiae si existimat § 17 obstare, fallitur. Eandem nuper retractavit multisque et idoneis argumentis firmavit K. G. Boehnecke [21]), ostendens hanc orationem Ol. 107, 4 (349) fuisse habitam.

Omnino autem ea ita comparata est, ut, utrum ad Ol. 107 annum primum an quartum pertineat, ex ipsa ejus ratione dijudicari nequeat [22]). Nempe cuique legenti cum maxime apertum est, eam dici causam, quae omnium Atheniensium in ore ac diu multumque disputata erat: *periculum a Philippo imminens*. In dies hoc crescere nec propulsari posse, nisi cives socordiam istam deponant, copias exstruant, pecuniam conferant, ipsi exeant eaque omnia faciant, quae rem bene gesturis utilia sint. Philippus enim [23]) ex quo summa rerum Macedonicarum potitus erat, omnem operam, industriam, laborem in his augendis collocabat et oppida saepe jactata Pagasas, Potidaeam, Methonem, inprimis Amphipolin (Dem. IV, 12) in fidem receperat, vid. I, 12 et 13. Ergo ultima quaeque Atheniensibus metuenda erant. Quid prius, quid antiquius Demostheni, homini facundo patriaeque amantissimo, faciendum fuit quam ut suos ludis deliciisque paene sopitos excitaret, ad arma vocaret, ad civitatem a certa servitute liberandam impelleret? Hae res rationesque ut conveniunt in Ol. 107, 1, ita magis etiam in ejusdem Ol. annum 4.

Quae quum ita sint, de singulis est videndum locis, e quibus vix invenies qui te jubeat illi anno orationem nostram adscribere, nisi huc refers § 17: *ὥσπερ εἰς Εὔβοιαν καὶ πρόιερόν ποτε εἰς Ἁλίαρτον καὶ τὰ τελευταῖα πρῴην εἰς Πύλας*. Jam quum in adnotatione ad illum locum cum aliis ostenderim, adverbium *πρῴην* non ita esse premendum, ut impetus a Philippo in Thermopylas paullo ante hanc orationem factus videatur,

---

21) Forschungen etc. p. 222—278. Non persuasit Voemelio in Z. f. Alterth. 1846 Nr. 17 p. 134.

22) Boehnecke p. 236—42 frustra videtur in locis communibus desudasse; ingenii certe aciem probavit.

23) Ut alios multos praetermittam, nomino Vogel Biogr. II. p. 36 sqq. Flathe Gesch. Maced. I. p. 59 sqq.

sed latiorem habere limitem, hunc sane locum tibi praereptum videbis, nihil ut impediat, quominus haec verba Ol. 107, 4 dici potuerint. Hoc autem ipso loco quum Orator dicat: *ταῦτα οἶμαι ὑπάρχειν ἐπὶ τὰς ἐξαίφνης ταύτας ἀπὸ τῆς οἰκείας χώρας αὐτοῦ στρατείας εἰς Πύλας καὶ Χερρόνησον καὶ Ὄλυνθον καὶ ὅποι βούλεται,* quis non videat extremis verbis significari bellum Chalcidicum Ol. 107, 2 et 3 gestum? [24]). Neque enim assentior Winiewskio, qui p. 62 ex hac § collegit, Philippicam primam ad Ol. 107, 1 esse rejiciendam, quo Olynthus sibi amicitiam Atheniensium conciliaverit; at nonne haec ipsa etiam ad sequentes annos pertinuit? Aliud argumentum videtur repetendum esse ex morbo Philippi, cujus Dem. § 11 mentionem fecit; qui quum in Ol. 107, 2 incidisset (vid. Olynth. III, 5), non potuit haec oratio ante illud tempus habita esse. Denique contulisse juvabit Olynthiacae tertiae initium, ubi dicit: *τοὺς λόγους περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον ὁρῶ γιγνομένους*, cum § 43 Philippicae primae: *θαυμάζω — ὁρῶν τὴν μὲν ἀρχὴν τοῦ πολέμου γεγενημένην περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον, τὴν δὲ τελευτὴν οὖσαν ἤδη ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν κακῶς ὑπὸ Φιλίππου.* Verba *illius* orationis referuntur ad prosperum rerum eventum, quem Athenienses consequutos se esse existimabant, in *hac* oratione miratur, quod finis belli alienus sit ab illa spe prius concepta. Jam quum hic pertineat ad Ol. 107, 4 recte Boehneckius (p. 248) conclusit, hujus ipsius nostram esse orationem. Haec pauca argumenta si, quod nolim, displicuerint, in majorem etiam reprehensionem incurrent leviora, quae missa faciens unam adhuc rem tangam, quae continetur § 34. Etenim quum docuisset, rem Atheniensibus cessuram, si recte suis rebus praesint, addit: *τοῦ πάσχειν αὐτοὶ κακῶς ἔξω γενήσεσθε, οὐχ ὥσπερ τὸν παρελθόντα χρόνον εἰς Λῆμνον καὶ Ἴμβρον ἐμβαλὼν αἰχμαλώτους πολίτας ὑμετέρους ᾠχετ' ἔχων, πρὸς τῷ Γεραιστῷ τὰ πλοῖα συλλαβὼν ἀμύθητα χρήματ' ἐξέλεξε, τὰ τελευταῖα εἰς Μαραθῶνα ἀπέβη καὶ τὴν ἱερὰν ἀπὸ τῆς χώρας ᾠχετ' ἔχων τριήρη.* Hae incursiones (Kaperzüge), quas Macedo vel in colonias vel in fines Atheniensium suscepit, commemorantur ab Aeschine II, 72: *Φίλιππος ὁρμηθεὶς ἐκ*

24) Vid. Prolegg. ad oratt. Olynth. Cap. II. § 2.

Μακεδονίας — ἠγωνίζετο περὶ Λήμνου καὶ Ἴμβρου καὶ Σκύρου, τῶν ἡμετέρων κτημάτων, et a Pseudodem. LIX, 3 et 4. Orator dicit, quum Athenienses in periculum venissent *περί τε Λήμνου καὶ Ἴμβρου καὶ Χερρονήσου, καὶ μελλόντων στρατεύεσθαι ὑμῶν πανδημεὶ εἴς τε Εὔβοιαν καὶ Ὄλυνθον, ἔγραψε ψήφισμα ἐν τῇ βουλῇ Ἀπολλόδωρος*. Hunc locum male interpretatus Boehneckius p. 255 dicens, inde effici, ut post (?) Euboicam expeditionem et inter bellum Olynthium Philippus insularum illarum incolis imminuerit, illam autem pertinere ad Ol. 107, 3 eoque ipso anno expeditionem istam esse susceptam [25]). At orator ille hoc dicit, quum institueret rex bellum inferre Euboeensibus et Olynthiis, eum imminuisse Lemno et Imbro. Quod quo tempore factum sit, optime expiscatus Boeckhius in dissert. de arch. pseudepon. p. 7, — Ol. 106, 2 [26]). Injuriarum, quas porro Dem. Philippo exprobrat, primo eam tangam, quam extremo loco posuit, escensum in Marathona et sacrae triremis rapinam. Hujus rei mentio fit Init. rhetor. XXI, 2 et 3 (p. 1432 ed. Reisk.): *ὅπερ, ἡνίκα ἐν Ἑλλησπόντῳ Φίλιππον ἠκούσαμεν, συνέβη, καὶ πάλιν, ἡνίκ' εἰς Μαραθῶνα τριήρεις αἱ λῃστρίδες προσέσχον* [27]). Si quid ex hoc loco suspicari datur, hoc fere est. Impetus in Chersonesum (*ἐν Ἑλλησπόντῳ*) et escensus in Marathona nullo aut parvo temporis intervallo differunt. Qui quoniam in Ol. 107, 2 (vid. ad huj. or. § 17) incidere videtur, proximi anni i. e. Ol. 107, 3 latrocinium hoc esse existimo, praesertim quum orator dicat *τελευταῖα* [28]). Etenim Dem. nostro loco distinguit *τὸν παρελθόντα χρόνον*, ad quem pertinet incursio

---

25) Verba ejus sunt haec: „Eine sehr deutliche Angabe für die Zeit jenes Kaperkrieges gewährt die Stelle in der Rede gegen Neaera; hier wird angedeutet, dass Philippos nach dem Euboeischen und während des Olynthischen Krieges die Inseln Lemnos, Imbros, Skyros und den Chersones bedroht habe; es ist aber der Euboeische Feldzug gemeint, welcher in den Frühling von Ol. 107, 3 gehört."

26) Cfr. Voemel. in prolegg. ad oyr. Olynth. et Philippicam I. p. 73.

27) Cfr. de hoc loco Weisk. hyperb. I. p. 34. n. 80.

28) Nam *τελευταῖα* majus minusve eorum temporum, quibus res gestae sunt, indicat discrimen. Vid. ad § 17.

in Imbrum et Lemnum, ab hac rapina triremis, quam extremo loco ponit. Intermedia est direptio navium ad Geraestum, quae quo anno facta sit ne conjicere quidem licet. Etiamsi Demosthenes injurias a Philippo Atheniensibus illatas una commemorat, tamen nemo dixerit, ejusdem eas esse temporis, sed eandem inferentis mentem animumque significant.

His breviter disputatis illud mihi videor ostendisse, non justam esse causam, cur premamus vestigia Dionysii Halic., immo Philippicam primam post orationes Olynthiacas collocandam, ita ut, si harum postrema Ol. 107, 4 sit habita, eandem sedem etiam nostrae orationi assignandam arbitremur.

ARGUMENTUM

PHILIPPICAE PRIMAE *)

habitae Ol. 107, 4. (349) archonte Callimacho
(secundum Dion. Hal. Ol. 107, 1).

Hujus orationis partes sunt hae:

I. *Prooemium.*

Postquam Orator, causa, cur ad dicendum surrexerit, allata (§ 1), Athenienses monuerat, ne desperarent, exemplum majorum virtute insignium proponens (§ 2. 3), docet Philippi res ipsius consilio et calliditate crevisse (§ 4—6) et Athenienses, si strenue rem gerant, sua recuperaturos ac de Philippo vindictam sumturos esse (§ 7); hujus enim potentiam non admodum firmam, et multis invisam esse, quanquam Athenienses undique cingat (§ 8. 9), hos autem, quum sint rerum novarum cupidi, Philippi vires augeant et justo exercitu careant, prospero rerum eventu carituros esse (§ 10—12), bellum igitur esse apparandum; id quomodo fieri possit, Orator se expositurum pollicetur (§ 13—15).

---

*) Cfr. Voemel p. 200, Reuter p. 19, Boehnecke p. 228, Auger p. 98. A. G. Becker in libro: Dem. als Redn. u. Staatsm. p. 200 de orationis hujus oeconomia fusius disputans *quatuor* eam contineri dicit partibus: 1) Was gebieten Ehre und Sicherheit in Absicht unserer Entschliessungen? [§ 1—15]. 2) Was wollen wir also thun? [§. 16—29]. 3) Welchen Nutzen wird der Staat von dieser Rüstung haben? [§ 30—37]. 4) Was gebietet die Ausführung dieser Vorschläge? [§ 38—51]. Adde Jacobs. Uebers. p. 73 et Jenisch ästhet. kritische Parall. p. 269.

II. *Rogatio.*

a. Esse triremes L exstruendas, et quod navium dimidiae parti equitum sufficiat, ad Philippi impetus propulsandos (§ 16—18).

b. duo millia peditum, in his D Athenienses, et CC equites, in his L Athenienses, esse conscribendos et decem triremes parandas, ut tuto copiae navigent (§ 19—22).

c. his copiis cives admiscendos et praeficiendos ac mercedem esse largiendam, ne porro desides sint et peregrinis rem committant (§ 23—27).

d. XCII talenta sufficere ad bellum gerendum, reliqua ipso bello suppeditari (§ 28. 29).

III. *Confirmatio rogationis.*

a. Ostendit, exercitu perpetuo esse opus, qui fines Macedoniae vexet ejusque regem commeatu intercludat (§ 30—32), ab omni autem cunctatione esse abstinendum et eandem legem severam servandam, qua utantur in ludis instituendis (§ 33—37).

b. monet suos, ut ne temporibus cedant, sed praesint, tantis quidem ornati copiis, quas jamjam male adhibeant (§ 38—41).

c. sperat fore ut Athenienses studio et ardore Philippi divinitus indito ad virtutem excitentur, miraturque quod non videant, quo ille sit progressurus (§ 42. 43).

d. cavet, ne inanibus decretis et jactationibus rem publicam perdant (§ 44—46).

e. hortatur, ut ipsi cives rebus intersint gerendis, abhorreant a calumniis ducum nec confidant vanis de Philippo rumoribus.

IV. *Peroratio.*

Professus se libere et utiliter dixisse optat, ut quid e republica sit fiat.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

39 Κακῶς ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Φίλιππον οἱ Ἀθηναῖοι φε- 1
ρόμενοι συνελήλυθασιν εἰς ἐκκλησίαν ἀθυμοῦντες. ὁ τοίνυν
ῥήτωρ τήν τε ἀθυμίαν πειρᾶται παύειν, λέγων οὐδὲν εἶναι
θαυμαστὸν εἰ ῥᾳθυμοῦντες κεκράτηνται, καὶ εἰσηγεῖται
πῶς ἂν ἄριστα τῷ πολέμῳ προσενεχθεῖεν. κελεύει δὴ δύο 2
δυνάμεις παρασκευάσασθαι, μίαν μὲν μείζω, πολιτικὴν, ἥ-
τις οἴκοι μένουσα πρὸς τὰς κατὰ καιρὸν χρείας ἕτοιμος
ὑπάρξει, ἑτέραν δὲ ἐλάττω (ξένων ὄντων τῶν στρατευο-
μένων, παραμεμιγμένων δὲ) κελεύει τὴν δύναμιν μὴ

§ 2, 1. δὴ Σ et Vulg., δὲ Bk. Dindf. Voem. 1829. — 3. κατὰ καιρὸν Σ Tur. Frank. Voem. 1843. Dindf. 1846, τῶν ἐπικαίρων Vulg. Bk. et ceft. edd. praeter Augerum, qui ἐπικαίρους legit, quod Schaefero placet. — 4. ἐλάττω Σ Bk. 1816. Tur. Voem. 1843. Dindf. Frank., ἐλάττονα Vulg. Bk. 1824, 25 et 35, cfr. Matth. § 115. — 5. παραμεμιγμένων δὲ) κελεύει] vid. adnotat.

§. 1. κακῶς φέρεσθαι, infeliciter rem gerere. — ἐν τῷ πολέμῳ, videtur Libanius huj. or. § 43 τὴν ἀρχὴν τοῦ πολέμου in animo habuisse, bellum Amphipolitanum coeptum ab Ol. 105, 3. — ῥᾳθυμοῦντες, cfr. h. or. § 2. — πῶς, i. q. ὅπως, vid. ad II, 17. — προσενεχθεῖεν, προσφέρεσθαι, uti aliquo, rarius refertur ad ipsas res quam ad homines, quorum utimur consuetudine: ex illo genere est, quod legitur apud Herodian. V, 4: προσεφέροντο ἐργῳ ῥᾳθυμότερον.

§ 2. κελεύει, „quod quidem et in prima Olynthiaca [§ 17] suadet. Sed illic jubet et Olynthum defendi et Macedoniam vastari, hic et emissarias copias Athenis ali et alias comparari, quae Philippum continenter oppugnent.“ Wolf. — πολιτικὴν i. e. quae e civibus constat, cfr. § 19 ἡ τῆς πόλεως ἔσται. — τὰς κατὰ καιρὸν χρείας, si quando necessitas temporis fert. — ξένων usque ad δὲ parentheseos notis inclusi, ita ut ἐλάττω et κελεύει arcte cohaereant; jam non erit, cur vel cum Bekk. post δὲ plene interpungas vel cum Sauppio et Dindorf. 1846, suadente Schaef., πολιτῶν addas vel cum Turic. lacunae facias signa. Ad παραμεμιγ. supplendum τῇ πολιτικῇ δυνάμει. — κελεύει τὴν δύναμιν Σ aliique boni libri. Vulg. καὶ praefigi-

Ἀθήνῃσι μένειν, μηδὲ ἐν τῇς πόλεως ποιεῖσθαι τὰς βοηθείας, ἀλλὰ περὶ τὴν Μακεδονίαν ἀναστρέφεσθαι, πολεμοῦσαν ἀδιαλείπτως, ἵνα μὴ τοὺς ἐτησίας πνέοντας ἐπιτηρήσας ὁ Φίλιππος ἢ καὶ τὸν χειμῶνα, ἡνίκα Ἀθήνηθεν εἰς Μακεδονίαν πλεῖν οὐ δυνατὸν, ἐπιχειρῇ τοῖς πράγμασι καὶ παρὰ τὴν ἀπουσίαν τὴν τῶν Ἀθηναίων ἁπάντων κρατῇ, ἀλλ' ἐγγὺς ἡ πρὸς αὐτὸν ἀντιταξομένη δύναμις ὑπάρχῃ.

§ 2, 12. *ὑπάρχῃ Σ et edd., πρὸς αὐτὸν ὑπάρχῃ Vulg.*

tur, quod Bekk. et Voemel. 1829 retinuere. Reiskius conjecit *καὶ ταύτην*, Sauppius *ταύτην δὲ*. Atqui omnia, ut in Libanio, sana sunt, neque *τὴν δύναμιν* cum Frankio et Dindorfio 1846 ejiciendum, sed cum *ἑτέραν ἐλάττω* conjungendum, *alteras easque minores copias non Athenis manere jubet.* Voemelius nuper proxime ad meam rationem accessit, nisi quod pro signis parenth. commata posuit. — *βοήθειαι* quae sint vid. ad huj. or. § 32. — *τοὺς ἐτησίας, ἐτησίαι* sunt venti anniversarii, qui permixti erant, Aristotele auctore (de mund. c. 4), Aquilonibus et Favoniis et post biduum exortus caniculae XL diebus perflabant, Plin. H. N. II, 11. Quum a septentrione flarent, navigationi Macedonum favebant. Vid. de etesiis excursum Wachsmuthii in Hell. Alterth. I. p. 768 sqq. et Forbiger alte Geogr. I. p. 619. — *ἐπιτηρήσας* ut *τηροῦντα* in vit. Demosth. § 9. — *τοῖς πράγμασι*, „*τὰ πράγματα*, id omne, de quo agitur et super quo certatur, ut opes et majestas reipubl. salvae maneant, sive copiae militares, sive naves, sive arma. Das Interesse des Staates.“ *Reisk.* — *παρὰ τὴν ἀπουσίαν*, dum abessent Athenienses. Demosth. XXI, 1: *παρὰ πᾶσαν τὴν χορηγίαν*, non *propter* absentiam, ut huj. or. § 11 et Caes. d. bell. gall. I, 46 *per* fidem, *während des gegebenen Wortes.*

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ Α.

Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προὐτίθετο, 1
ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγειν, ἐπισχὼν ἂν, ἕως οἱ

§ 1. Scholiasta argumentum ita describit: *τὰ τοῦ λόγου ἐνθυμηματικὰ κεφάλαια τρία εἰσὶ, τὸ ἐῤῥωμένως ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν πραγμάτων, τὸ αὐτοὺς στρατεύεσθαι, τὸ πόρους χρημάτων ἐπινοεῖν, ὅθεν τὸ σιτηρέσιον τοῖς στρατευομένοις γενήσεται.* — *εἰ μὲν, εἰ* cum imperfect. vel aoristo in protasi, sequentibus iisdem temporibus cum partic. *ἄν* in apodosi, indicat *conditionem, qua id, quod in apodosi proponitur, fiat aut non fiat.* Sed hoc tenendum discrimen, quod *imperf.* refertur ad rem aliquam continuam vel saepius repetitam, *aoristus* ad rem vel uno momento comprehensam. Cfr. Matth. § 508 sq. Dem. VI, 29: *οὔτε γὰρ αὐτὸς ἂν ποτε ὑπέμεινα πρεσβεύειν, οὔτ' ἂν ὑμεῖς οἶδ' ὅτι ἐπαύσασθε πολεμοῦντες, εἰ τοιαῦτα πράξειν τύχοντα εἰρήνης Φίλιππον ᾠέσθε.* Ex hac amussi si nostrum judicas locum, *προὐτίθετο* te offendit: hinc factum putamus, ut *Krügerus* (Spec. Annot. in Phil. I. p. 5. in Schaef. App. V, 761) lectionem paucorum librorum *προὔκειτο*, quae ex interpretamento fluxisse videtur, probaret. At nostri loci ratio eo defendi poterit, quod haec res non nunc demum proposita est, sed saepius in disceptationem vocata. Accedit, quod vocem solennem *προτιθέναι*, eamque ab Hermog. et scholiasta confirmatam, neutiquam explodendam censemus. *Bremius* in Obss. p. 89 dicit: „si adhibetur imperfectum, res in id tempus revocatur, quo fiebat.“ Vid. Eundem in Jahrbb. f. Phil. u. Päd. I. p. 407. — *καινοῦ πράγ.*, non enim licuit juveni primo de re nova dicere, secundum praeconium illud: *τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων*; vid. Aeschin. III, 4. Legem hanc, a Wolfio laudatam, Tourellius abrogatam fuisse dicit Olymp. 92, 3, rationis tamen et decori auctoritate adhuc viguisse. Westermann. Qu. Dem. I. p. 14. — *προὐτίθετο*, a Prytanibus

πλεῖστοι τῶν εἰωθότων γνώμην ἀπεφήναντο, εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι τῶν ὑπὸ τούτων ῥηθέντων, ἡσυχίαν ἂν ἦγον, εἰ δὲ μη, τότ' ἂν αὐτὸς ἐπειρώμην ἃ γιγνώσκω λέγειν· ἐπειδὴ δὲ ὑπὲρ ὧν πολλάκις εἰρήκασιν οὗτοι πρότερον, συμβαίνει καί νυνὶ σκοπεῖν, ἡγοῦμαι καὶ πρῶτος ἀναστὰς εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν. εἰ γαρ ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου τὰ δέοντα οὗτοι συνεβούλευσαν, οὐδὲν ἂν ὑμᾶς νῦν ἔδει βουλεύεσθαι.

§ 1, 5. αὐτὸς Σ et Vulg., καὶ αὐτὸς Bk. 1816 prob. Schaef. et Krüg. Omisit καὶ Anon. Walz. VIII, 655. — 6. ὑπὲρ Σ, περὶ Bk. Dindf. Voem. 1829.

concio convocabatur et in tabulis res, de qua agebatur, proponi solebat (προὐτίθετο). Cfr. III, 18: ὅταν περὶ πραγμάτων προτεθῇ σκοπεῖν. Vid. Poll. VIII. § 94. Sigon. de Rep. Ath. II, 4. Dissen. ad Dem. Cor. p. 393. Plura exempla attulit *Schoemann* de Comit. Athen. p. 104 et Lucches. p. 237—40. — εἰωθότων, neque certum numerum neque ordinem significat Demosth., sed omnino eos, qui vel pro aetate vel pro dicendi facultate publice verba facere solebant. Vid. Schoemann l. l. p. 107 sqq. Becker Dem. als S. u. R. p. 500. Cfr. Aristot. Polit. VIII, 8. Simile est initium orationis VI. Isocratis, quam pro Archidamo habuit: εἰ μέν τις τῶν εἰθισμένων ἐν ὑμῖν ἀγορεύειν ἀξίως ἦν τῆς πόλεως εἰρηκώς, πολλὴν ἂν ἡσυχίαν ἦγον. — ἐπισχὼν ἄν, „participium in verbum finitum cum ἄν solvere potes." *Herm.* d. part. ἄν p. 182. Particulam hanc etiam refer ad ἀπεφήναντο, *dum sententiam dixissent*, et disce ab eodem Viro Summo ibid. p. 53 haec: „ubi sententia ex alia sententia, in qua jam inest conditio non impleta, pendet, non additur ἄν. Nam quae primariae sententiae natura est, eadem est etiam earum, quae ex ea aptae sunt." — εἰ δὲ μὴ, schol. τὸ σχῆμα οἱ μὲν καλοῦσι διπλοῦν μερισμόν, οἱ δὲ μερισμόν τε καὶ ὑπομερισμόν. εἰρηκὼς γὰρ πρότερον δύο μέν, ἐπήγαγε δύο δέ. Periodus non sine magna arte implicata! — ὑπὲρ ὧν," an quid sit discriminis inter περὶ et ὑπὲρ dictum ad I, 5. Promiscuum usum refert Hermogenes, qui nostrum locum bis laudans III. p. 149 περὶ habet, ibid. p. 273 ὑπέρ. Cfr. Funkhaen. in Schulzeit. 1833 p. 827. — εἰκότως, ad I, 10. — νυνὶ ipsum tempus praesentissimum significat, quum νῦν sit trium temporum. Etym. M. p. 608, 44. Cfr. I, 1. 9. Wolf. ad Lept. p. 242. Funkh. ad Androt. p. 46. — ἐκ τοῦ παρ. i. e. *inde a tempore superiore et per illud*, vid. § 2 et LIX, 46: καὶ ἐκ τοῦ λοιποῦ χρόνου φίλους εἶναι ἀλλήλοις.

Πρῶτον μὲν οὖν οὐκ ἀθυμητέον, ὦ ἄνδρες 2
Ἀθηναῖοι, τοῖς παροῦσι πράγμασιν, οὐδ' εἰ πόνυ φαύλως ἔχειν δοκεῖ· ὃ γάρ ἐστι χείριστον αὐτῶν ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βέλτιστον ὑπάρχει. τί οὖν ἐστὶ τοῦτο; ὅτι οὐδέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν δεόντων ποιούντων ὑμῶν κακῶς τὰ πράγματα ἔχει, ἐπεί τοι, εἰ πάνθ' ἃ προσῆκε πραττόντων οὕτως εἶχεν,

§ 2, 7. *ἐπεί τοι εἰ* **Bekk. e vestigiis Σ** *ἐπεὶ εἰ τοι, quae edd. sequuti sunt, ἐπεί τοί γ' εἰ* **Vulg. et Bk.** 1816.

Wolf. expl. *ἐν παρεληλ. χρόνῳ.* **Plura dabit Maetzner ad Dinarch. p. 162 sq. Bernhard. Synt. p. 226.**

§ 2. **Seagerius adfert Baconem org. I, aph. 94 de hoc loco disserentem: „sequitur ratio omnium maxima ad faciendam spem: nempe ex erroribus temporis praeteriti et viarum adhuc tentatarum.“ Per** *τὰ παρόντα πράγματα* **intellige res a Philippo inde ab Ol. 105, 3 gestas et maxime bellum Chalcidicum. —** *ὃ γάρ ἐστι χείριστον*, **hanc cogitationem Hermog. III. p. 359 Wz. in exemplis earum** *ἐννοιῶν* **enumerat, quas appellat** *παραδόξους καὶ βαθείας καὶ βιαίους καὶ περιγενομένας*, **schol. dicit** *σχῆμα παρὰ προσδοκίαν*, **cfr. Dem. IX, 5:** *καὶ παράδοξον μὲν ἴσως ἐστὶν, ὃ μέλλω λέγειν, ἀληθὲς δέ· τὸ χείριστον ἐν τοῖς παρεληλυθόσι, τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βέλτιστον ὑπάρχει. τί οὖν ἐστὶ τοῦτο; ὅτι οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα, οὐδὲν τῶν δεόντων ποιούντων ὑμῶν, κακῶς τὰ πράγματα ἔχει; ἐπεί τοι, εἰ πάνθ' ἃ προσῆκε πραττόντων ὑμῶν, οὕτω διέκειτο, οὐδ' ἂν ἐλπὶς ἦν αὐτὰ γενέσθαι βελτίω.* **Idem XIV, 24:** *ὑπὲρ χρημάτων ἤδη παράδοξον μὲν οἶδα λόγον μέλλων λέγειν, ὅμως δ' εἰρήσεται*, **coll. I, 4. Wolfius interpretatur ipsam calamitatum causam, imprudentiam et cessationem. —** *τί οὖν ἐστὶ τοῦτο*; **de hoc artificio rhetorico, quo Noster saepissime utitur, ut § 3, disputat post Aristidem Krüger in Schaef. App. V, 763. —** *οὐδὲν τῶν δεόντων*, **quum nihil profligatos animos magis erigat, quam docere, sua homines culpa calamitatibus esse impeditos, et in sua esse potestate, res afflictas restituere, Demosth. hoc modo saepe suos, ne animum despondeant, monet, vid. II, 22. —** *ἐπεί τοι*, *nam profecto*, **vid. locum ex or. IX. modo allatum et Herm. ad Vig. p. 785. Olim dederam** *ἐπεί τοί γ' εἰ*, **quod Rauchenstein., et Benseler de hiatu p. 65 probavere, sed melioribus libris nunc cedere malui. —** *„προσῆκε* **huc pertinere videtur, quum** *πραττόντων* **non sit temporis praesentis, sed imperfecti, ubi Latinis quoque dicendum *debebatis*.“ Engelh. p. 52.**

3 οὐδ' ἂν ἐλπὶς ἦν αὐτὰ βελτίω γενέσθαι. ἔπειτα ἐνθυμητέον καὶ παρ' ἄλλων ἀκούουσι καὶ τοῖς εἰδόσιν αὐτοῖς ἀναμιμνησκομένοις, ἡλίκην ποτ' ἐχόντων δύναμιν Λακεδαιμονίων, ἐξ οὗ χρόνος οὐ πολὺς, ὡς καλῶς καὶ προσηκόντως οὐδὲν ἀνάξιον ὑμεῖς ἐπράξατε τῆς πόλεως, ἀλλ' ὑπεμείνατε ὑπὲρ τῶν δικαίων τὸν πρὸς ἐκείνους πόλεμον. τίνος οὖν ἕνεκα ταῦτα λέγω; ἵν' εἰδῆτε, ὦ ἄν-41

§ **3**, 7. *τῶν δικαίων Σ et Vulg., τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων Bk.* 1816, *τῶν [Ἑλλ.] δικ. Dindf.* 1825.

§ 3. *ἔπειτα*, particulam *δὲ* praecedente *πρῶτον μὲν* saepe omitti docuerunt Schaefer App. II. p. 348, Maetzner ad Lyc. p. 113. Cfr. Isocr. VII, 70. — *ἐνθυμητέον*, „considerare vos oportet et ab aliis audientes et qui ipsi nostis, in memoriam revocantes.“ *Schaef.* Nam *ἀκούειν* et *εἰδέναι* sibi opponuntur. Xen. Mem. III, 5, 9: *οἶμαι, εἰ τοὺς προγόνους αὐτῶν ἀναμιμνήσκοιμεν, αὐτοὺς ἀκηκοότας ἀρίστους γεγονέναι.* — *ἡλίκην — ὡς*, Graeci, ut majorem vim addant interrogationibus vel rectis vel obliquis, binas adhibent voces. Ita h. l.: *cogitate, quam praeclare, quam tantam haberent potestatem Lacedaemonii, vos egeritis.* XIX, 61: *ἵν' εἰδῆτε οἷων ὑπαρχόντων αὐτοῖς παρ' ὑμῶν οἵων ἔτυχον.* XX, 93: *συνίεθ' ὅν τρόπον ὁ Σόλων τοὺς νόμους ὡς καλῶς κελεύει τιθέναι.* Soph. El. 751: *οἷ' ἔργα δράσας οἷα λαγχάνει κακά.* Oed. R. 1367: *ἆρά μου μέμνησθ', ὅτι οἷ' ἔργα δράσας — ὁποῖ' ἔπρασσον αὖθις;* Phil. 243. 1090. Wolf ad Lept. p. 311. Seidler ad Soph. Antig. 2. Cic. Brut. 41. Orat. 58. Att. I, 11, Liv. 30, 42. Nep. Dat. 5. Timol. 2. Virg. Aen. X, 366. — *ποτ'*, non bellum Corinthium Ol. 96, 3 gestum — neque hoc docet Dem. XVIII, 96 —, sed Boeoticum Ol. 100, 3 intelligendum censeo, de quo vid. Diod. Sic. XV, 28. 34. 36 et Winiewski p. 23. Maxime me movent verba *ἐξ οὗ χρόνος οὐ πολὺς*, de qua dicendi formula vid. Lobeck ad Soph. Aj. 600 et Saupp. ad h. l. — *προσηκόντως*, „ut qui principes Graeciae ab antiquissimis temporibus fuerint, et urbem suam calamitosis tanquam asylum patere voluerint.“ *Wolf.* — *τῶν δικαίων*, die Gerechtsame, vid. ad II, 24, e quo loco *τῶν Ἑλληνικῶν* irrepsisse huc videtur, quod quanquam Bremio, Forbigero et Schaefero placet, tamen codd. caret auctoritate. Idem statuunt Engelh. p. 30 et Krüg. p. 12. Rem nostram confirmat ipse Dem. VI, 35: (*Φίλιππος*) *πεποίηχ' ὑμῖν μὴ περὶ τῶν δικαίων μηδ' ὑπὲρ τῶν ἔξω πραγμάτων εἶναι τὴν βούλην, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ.* — *ἵν' εἰδῆτε καὶ θεάσησθε*, cum Graeci scriptores tum Demosthenes amat ad vim orationis augendam similia similibus addere

ὄρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεάσησθε, ὅτι οὐδὲν οὔτε φυλαττομένοις ὑμῖν ἐστι φοβερὸν οὔτ', ἂν ὀλιγωρῆτε, τοιοῦτον, οἷον ἂν ὑμεῖς βούλοισθε, παραδείγμασι χρώμενοι, τῇ τότε ῥώμῃ τῶν Λακεδαιμονίων, ἧς ἐκρατεῖτε ἐκ τοῦ προσέχειν τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν, καὶ τῇ νῦν ὕβρει τούτου, δι' ἣν ταραττόμεθα ἐκ τοῦ μηδὲν φροντίζειν ὧν ἐχρῆν. εἰ δέ 4
τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δυσπολέμητον οἴεται τὸν Φίλιππον εἶναι, σκοπῶν τό τε πλῆθος τῆς ὑπαρχούσης αὐτῷ δυνάμεως καὶ τὸ τὰ χωρία πάντα

§ 3, 11. *βούλοισθε e conj. Schaef. et Dobr., βούλησθε omnes libri et Bekk. Dindf.* 1825. *Voem.* 1829. — § 4, 3. *τῆς ὑπαρχούσης Σ, τῆς νῦν ὑπαρχ. Vulg. et Bk.* 1816. *Hermog. IV. p.* 752, *defend. Krüger.*

vel parvo vel nullo discrimine, vel positive vel negative, maxime in facultate *videndi* et *cognoscendi*. I, 12: *λογίζεταί τις καὶ θεωρεῖ*. §14: *ἵνα γνῶτε καὶ αἴσθησθε*. IX, 43: *σκέψασθε καὶ θεωρήσατε*. XVIII, 248: *εἰδὼς καὶ ἑωρακώς*. Cfr. Hom. Od. VIII, 94: *ἐπεφράσατ' ἠδὲ νόησεν*. 134: *οἶδε καὶ δεδάηκε*. Eur. Suppl. 115. El. 772. Soph. Oed. R. 1230. Vid. Herm. ad Hom. h. in Cer. 362 et ad Vig. p. 887. Doberenz Exc. II et III ad progr. Hildburgh. 1844. — *βούλοισθε* conjecerunt Schaeferus et Dobraeus, recepere nunc plerique edd, flagitante sensu: *quale vos optabilis*. Legebatur *βούλησθε*, quod retinuit Frankius, quanquam in nota praefert optativum. — *ἐκ τοῦ προσέχειν — τὸν νοῦν*. Praep. *ἐκ* causam efficientem indicat, cfr. § 46 *τὰ δὲ πράγματα ἐκ τούτων ἀπόλωλεν*. III, 3: *ἐκ τοῦ πρὸς χάριν δημηγορεῖν*. Matth. Gr. gr. § 574. — *τῇ νῦν ὕβρει τούτου*, per *οὗτος* saepe is significatur, quem omnes norunt, vel nomine celato vel contemto. Plat. Phaedon. p. 69 C: *οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες*. Meno p. 85 C: *ἐνῆσαν αὐτῷ αὗται αἱ δόξαι*. Dem. II, 15 et Stallbaum ad Plat. Crit. c. 4. Haec insolentia Philippi qualis fuerit, exponit § 9. Aliis etiam modis quantopere contemtui habeat Philippum, Noster dicit, ut § 10 *Μακεδὼν ἀνήρ*, IX, 27 *πλεονεξίαν τἀνθρώπου* perstringit et ibid. § 31 *barbaris* eum adnumerat. Cfr. Weisk. de hyperb. I. p. 17 et Vogel Leben d. Phil. p. 101.

§ 4. *εἰ δέ τις* etc. similem conclusionem fingit II, 22, cum quo loco cfr. XI. 15. — *τὸ πλῆθος*, de Philippi copiis vid. Diod. Sic. XVI, 35, qui haec: *Φίλιππος συνήγαγε τοὺς πάντας, πέζους μὲν ὑπὲρ τοὺς δισμυρίους, ἱππεῖς δὲ τρισχιλίους*. — *χωρία*, Aeschin. II, 70 con-

ἀπολωλέναι τῇ πόλει, ὀρθῶς μὲν οἴεται· λογισάσθω μέντοι τοῦθ', ὅτι εἴχομέν ποτε ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Πύδναν καὶ Ποτίδαιαν καὶ Μεθώνην καὶ πάντα τὸν τόπον τοῦτον οἰκεῖον κύκλῳ, καὶ πολλὰ τῶν μετ' ἐκείνου νῦν ὄντων ἐθνῶν αὐτονομούμενα καὶ ἐλεύθερα ὑπῆρχε καὶ μᾶλλον ὑμῖν ἐβούλετ' ἔχειν οἰκείως ἢ ἐκείνῳ. εἰ τοίνυν ὁ Φίλιππος τότε ταύτην ἔσχε τὴν γνώμην, ὡς χαλεπὸν πολεμεῖν ἐστιν Ἀθηναίοις ἔχουσι τοσαῦτα ἐπιτειχίσματα τῆς ἑαυ-

§ 4, 10. ὑμῖν Σ, ἡμῖν *Vulg. et omnes editores praeter Augerum, Wolfio obsequentem.* — 11. ἐκείνῳ Σ *et Bk.* 1824, ἐκεῖνῳ *Bk.* 1816, κείνῳ *Bk.* 1825 *et* 35. — § 5, 3. τοσαῦτα Σ, τοιαῦτα *Vulg.*

tendit, quinque et septuaginta urbes amissas fuisse. Vid. Diod. Sic. XV, 30. Boeckh. Staatsh. I. p. 448. — λογισ. μέντοι, Hesych. λογίζεσθαι explicat per ἐνθυμεῖσθαι. Partic. μέντοι spectat ad rem, quae tractata est, altera ex parte considerandam et majorem addit loco vim, quam δέ, cfr. III, 2, *verumtamen*. Krüger ad Xen. Anab. II, 1, 19. De urbibus, quas Dem. deinceps commemorat, vid. tab. chron. Ceterum polysyndeton in hoc loco inesse facile animadvertes, vid. ad I, 4. — τὸν τόπον, *tractum*, vid. ad § 31. Intelligit autem urbes Chalcidicas, quas Philippus anno superiore subegerat. — ἐθνῶν, Illyrios, Paeonas ac Thraces intelligit. *Lucch.* Minus recte Jacobs. ad Olynthum et urbes Chalcidicas refert. — αὐτονομ. καὶ ἐλεύθ. vid. Thuc. VIII, 91, cujus schol. explicat αὐτονομεῖσθαι, τοῖς ἰδίοις νόμοις χρῆσθαι. Ceterum Noster solet αὐτόνομος conjungere cum ἐλεύθερος, ut I, 23, ubi vide, et Plut. Phoc. c. 34: διδόναι τὴν κρίσιν ἐλευθέροις καὶ αὐτονόμοις οὖσι. — ὑμῖν, hanc lectionem ed. Aldinae et opt. libror. praetuli vulgatae ἡμῖν, quum ὑμῖν et ἐκεῖνος sibi fortius opponantur et, quoties Dem. a prima persona (εἴχομεν) ad secundam descendat, constet. — οἰκείως i. q. φιλικῶς schol. ad Thuc. VI, 57 interpretante, cfr. h. or. § 8. —. ἐκείνῳ dedi e cod. Σ, qui tamen sibi non constat, nam XV, 5 habet τῇ ἐκείνου, XIV, 34 τἀκείνου, VIII, 15 ἢ κείνῳ. Voemelius, quod et ipse suaseram, ubique coronidem adhibendam esse censet, vid. Praef. p. VII. Idem statuunt Baiter ad Isocr. Paneg. § 18, Benseler ad Isocr. Areop. p. 407 et de hiatu p. 17, Dindf. Praef. p. III, Ruediger ad Dem. Chers. § 15 et Lectt. Dem. I. p. 13, Engelh. adn. crit. p. 60.

§ 5. ὡς κτλ., strue: χαλεπόν ἐστιν ἔρημόν ὄντα πολεμεῖν τοῖς Ἀθηναίοις. — ἐπιτειχίσματα schol. explicat: τόπος ὑψηλός, ὃν ἂν προ-

τοῦ χώρας ἔρημον ὄντα συμμάχων, οὐδὲν ἂν ὧν νυνὶ πεποίηκεν ἔπραξεν οὐδὲ τοσαύτην ἐκτήσατο δύναμιν· ἀλλ' εἶδεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο καλῶς ἐκεῖνος, ὅτι ταῦτα μέν ἐστιν ἅπαντα τὰ χωρία ἄθλα τοῦ πολέμου κείμενα ἐν μέσῳ, φύσει δ' ὑπάρχει τοῖς παροῦσι τὰ τῶν ἀπόντων καὶ τοῖς ἐθέλουσι πονεῖν καὶ κινδυνεύειν τὰ τῶν ἀμελούντων. καὶ γάρ τοι ταύτῃ χρησάμενος τῇ γνώ- 6
μῃ πάντα κατέστραπται καὶ ἔχει, τὰ μὲν ὡς ἂν ἑλών τις ἔχοι πολέμῳ, τὰ δὲ σύμμαχα καὶ φιλά

§ 5, 5. ἐκτήσατο Σ, ἐκτήσατ' ἂν Bk. 1816. — § 6, 3. πολέμῳ Σ et Vulg., πολέμου νόμῳ Bk. 1816.

καταλαβόντες πολέμιοι τειχίσειαν διὰ τὸ ἐντεῦθεν αὐτοὺς ὁρμωμένους ἐπιτίθεσθαι τοῖς ἐχθροῖς. Suid. et Phavor. ὅθεν ἦν τοὺς ἐπιτειχισθέντας κακῶς ποιεῖν. Hinc patet, esse munitionem *oppugnantium*. VIII, 66: Φιλίππου κατασκευάζοντος ὑμῖν ἐπιτείχισμα τὴν Εὔβοιαν. XV, 12: τῆς ἀρχῆς ἐπιτείχισμα πρὸς τὸ μηδ' ὁτιοῦν παρακινεῖν. Quare αὐτῶν, quod vulgo legitur, ferri nequit; e cod. Rehdig. et Hermog. Walz. IV. p. 753 dedi ἑαυτοῦ, Bekk. et cett. edd. αὑτοῦ praeter Auger., qui αὐτοῦ habet. Ne mox cum A. G. Beckero lectionem ἔρημος ὢν defendas pro ἔρημον ὄντα vid. II, 5 et Matth. § 536. Ad verba πεποίηκεν ἔπραξεν Schaef. ita: „notabilis copulatio verborum non vere synonymorum, sed hic pro synonymis positorum." Cfr. huj. or. § 7 et dicta ad III, 15, quibus adde Sall. Catil. c. 21: „cum eo se consulem initium *agendi* facturum." Ad ἐκτήσατο repete ἄν e praecedd. et cfr. huj. or. § 1. — ἆθλα τοῦ πολέμου metaphora a palaestra desumta. Xenoph. Cyr. II, 3, 2: τὰ τῶν ἡττωμένων ἀγαθὰ πάντα τοῖς νικῶσιν ἀεὶ ἆθλα προκεῖται, adde Dem. II, 28: ὅτι ἐνταῦθα μέν ἐστ' ἆθλα, ὑπὲρ ὧν ἐστιν ὁ πόλεμος, ὑμέτερα. Dem. erigit animos Atheniensium eosque monet, ut ne officio desint. De toto hoc loco cfr. Dissen de struct. per. p. XV.

§ 6. καὶ γάρ τοι ad Phil. III. § 58 interpretatus sum *etenim profecto*, alia e Dem. collegit Krüger p. 18. — κατέστραπται καὶ ἔχει l. q. κατεστραμμένος ἔχει, *sibi subjecta tenet*. Interposuit Orator καὶ, ut ἔχει et ἔχοι, cui frigoris nota neutiquam cum Krügero contrahenda est, luculentius opponerentur. De usu perfect. pass. vi media exposuere Matth. § 493, Buttm. a. Gr. II. p. 4 et Poppo de verbis mediis in Seebod. N. Arch. f. Phil. IV. Nr. 59. — φίλα, ut φίλιος passivam habet significationem — φιλία ἄλοχος —, ita φίλος acti-

ποιησάμενος· καὶ γὰρ συμμαχεῖν καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τούτοις ἐθέλουσιν ἅπαντες, οὓς ἂν ὁρῶσι παρεσκευασμένους καὶ πράττειν ἐθέλοντας ἃ χρή.

7 Ἀν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ὑμεῖς ἐπὶ τῆς τοιαύτης ἐθελήσητε γενέσθαι γνώμης νῦν, ἐπειδήπερ οὐ πρότερον, καὶ ἕκαστος ὑμῶν, οὗ δεῖ καὶ δύναιτ' ἂν χρήσιμον τῇ πόλει παρασχεῖν αὐτὸν, πᾶσαν ἀφεὶς τὴν εἰρωνείαν ἕτοιμος πράττειν ὑπάρξῃ, ὁ μὲν χρήματ' ἔχων, εἰσφέρειν, ὁ δ' ἐν ἡλικίᾳ, στρατεύεσθαι, — συνελόντι δ' ἁπλῶς ἦν ὑμῶν αὐτῶν

§ 7, 5. ἕτοιμος] ἑτοίμως *pr* Σ. — 7. ἁπλῶς Σ, ἁπλῶς εἰπεῖν *Bk.* 1816, *Voem.* 1829, *defend. Engelhdt.*

vam, ut h. l. *sibi obligavit alios*. Conf. *Seidler.* ad Eurip. Troad. 240. Schol. nostrum locum respiciens dicit συμμάχους καὶ φίλους. Intelligit Orator Thessalos et Olynthios, quos Ol. 105, 4 Phil. foedere sibi conciliaverat. v. II, 7. — ἐθέλουσιν ἅπαντες, irrepsisse hic illic versus, ut h. l., plura docent exempla script. vett. Vid. ad I, 5. Cfr. Dissenium de struct. per. p. XVI dicentem: „excitare vult Orator Athenienses ad id, quod in posteriore membro dicitur, huc igitur imprimis trahit attentionem."

§ 7. ἐπὶ τῆς γνώμ. γενέσθαι, aliqua sententia esse, eam amplecti et tueri. Vid. VIII, 14 μένειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὑποίας et paullo post § 9 ibique dicta. — ἐπειδήπερ est indicantis rem in dubium vocari non posse, *quandoquidem*. Sauppius comma ante νῦν posuit, quo arctius cum seqq. jungeretur. Aeschin. Socrat. Dial. II, 12: ἐπειδήπερ οὖ γ' ἔμπροσθεν λόγοι οὐ περὶ τούτου δοκοῦσί σοι εἰρῆσθαι. — οὗ δεῖ „ἐν ᾧ καιρῷ καὶ τόπῳ." *Wolf.* — εἰρωνεία ex schol. interpret.: τὸ λέγειν ἐλάττονα δύνασθαι ποιεῖν ἢ ἂν τις δεδύνηται. Similiter in Lex. Seg. apud Bekk. Anecd. I. p. 243. Apud Aristot. Rhet. II, 7 opponitur τῇ ἀλαζονείᾳ. Infinitivi πράττειν, εἰσφέρειν non pendent ab ὑπάρξῃ, sed ab ἕτοιμος, ut Xen. Hell. IV, 2, 11: ἕτοιμος — μήτ' ἀδικεῖν μήτ' ἀδικεῖσθαι. *Reisk.* in Ind. Dem. p. 275 nostrum locum ita explicat: „omissa omni cavillatione, salsa quidem et sannae plena, frigida tamen et absurda tergiversatione partium suarum, ob nescio quos futiles praetextus, cum contentione in alios eas transferendi." — ὁ μὲν χρήματα, vid. I, 28. De ratione pecuniae conferendae agit Dem. or. XIV, 25. Justa aetas (ἡλικία) pertinuit ab anno XX usque ad LX, vid. ad III, 4. — συνελόντι ἁπλῶς, *Wolfius*: ἵνα συνελὼν τὸν λόγον εἴπω. *Schaefer*: ut breviter et simpliciter dicam. Vide plura exempla

ἐθελήσητε γενέσθαι καὶ παύσησθε αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἕκαστος ποιήσειν ἐλπίζων, τὸν δὲ πλησίον πάνθ' ὑπὲρ αὐτοῦ πράξειν, καὶ τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν κομιεῖσθε, ἂν θεὸς ᾽θέλῃ, καὶ τὰ κατερῥᾳθυμημένα πάλιν ἀναλήψεσθε, κἀκεῖνον τιμωρήσεσθε. μὴ γὰρ ὡς θεῷ νο- 8
μίζετ' ἐκείνῳ τὰ παρόντα πεπηγέναι πράγματα ἀθά-

§ 7, 10. αὐτοῦ *libri*, αὑτοῦ **Tur.** *de suo et* **Frank.** — 11. ᾽θέλῃ **Voem.** 1843, θέλῃ **Tur. Frank.**, ἐθέλῃ **Bk. Voem.** 1829, **Dind.**

talium copulationum ad § 9. Vulg. addebatur εἰπεῖν, quod quanquam justam habet causam in usu vulgari XV, 1 ὡς εἰπεῖν ἁπλῶς, tamen eodem jure omiserunt editores nuperi, quo Plat. Apol. p. 17 A δεῖν post ὀλίγου. Rost § 185, 5, 2. Non comparem VI, 2 ὡς ἐπὸς εἰπεῖν, cujus loci alia ratio est; injuria Frank. ibi εἰπεῖν omisit. — ὑμῶν αὐτῶν γενέσθαι, sui juris fieri II, 30. Cfr. Matth. Gr. § 315. Schaef. ita: e vobismet ipsis, non ex aliis pendere. — αὐτὸς μέν, conf. Dem. XIV, 15: ἀπεβλέψατε πρὸς ἀλλήλους, ὡς αὐτὸς μὲν ἕκαστος οὐ πόιήσων, τὸν δὲ πλησίον πράξοντα. — αὐτοῦ quum referatur ad subjectum remotius ἐλπίζων, retinui, cfr. I, 5. II, 4. 7 et Engelh. adn. crit. p. 19. — κομιεῖσθε, *recuperabitis*, cfr. II, 28. XVI, 16, 22. Similis futuri attici forma est ὑστεριοῦμεν § 32. Vid. Buttm. Gr. ampl. I. p. 402 et Monk ad Eurip. Hippol. v. 1458. — ᾽θέλῃ, saepissime haec forma et ἐθέλω inter se permutantur. Vid. Sturz Lex. Xenoph. II. p. 519. Bremi in Obss. ad h. l. contendit, ἐθέλειν Demostheni quidem proprium esse, sed in formula nostra codicibus cedendum. Lobeck. ad Phryn. p. 7, Atticos promiscue usurpasse θέλειν et ἐθέλειν, sed hoc illi, si libera sit optio, praeferendum. Jam quum Dem. II, 20 et Pseudod. XXV, 2 formam decurtatam in hac quidem formula habeat, retinui, cum Voemelio ex ejus codicib. (praef. p. VII) ᾽θέλῃ scribens, contra Bekkerum, qui tamen XXIII, 140 ἂν θέλῃ scripsit libris obsequutus, quorum unus ἐθέλῃ a Voem. et Turic. probatum suppeditat. Vid. Weber ad Aristocr. p. 408 et Benseler ad Isocr. Arcop. p. 259 sq. Atqui Plato in illa ipsa formula ἐθέλῃ servavit Phaedon. p. 69 D et p. 80 D. — „τὰ κατερῥᾳθ. i. e. διὰ ῥᾳθυμίας προειμένα ὑφ' ὑμῶν καὶ ἀπολωλότα." *Wolf.* Cfr. Xen. Hell. VI, 2, 27. — πάλιν ἀναλήψεσθε, eod. modo ut πάλιν ἀνατίθεσθαι Xenoph. Mem. II, 4, 4 et πάλιν αὖθις. Vid. ad Phil. II, 18.

§ 8. πεπηγέναι, proprie γάλα et αἷμα dicitur πεπηγός, omnino quae *fixa* sunt, ut XXV, 90 ταῦτα οὕτω πεπηγότα τῇ φύσει. Eadem de Philippo vid. II, 14 sqq. Aeschyl. Ag. 1209: ὕρκου πῆγμα παγέν. Mox in voce ἀθάνατα prolepticum usum animadvertit Schaef. Cfr.

νατα, ἀλλὰ καὶ μισεῖ τις ἐκεῖνον καὶ δέδιεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ φθονεῖ, καὶ τῶν πάνυ νῦν δοκούντων οἰκείως ἔχειν· καὶ ἅπανθ' ὅσαπερ καὶ ἐν ἄλλοις τισὶν ἀνθρώποις ἔνι, ταῦτα κἀν τοῖς μετ' ἐκείνου χρὴ νομίζειν ἐνεῖναι. κατέπτηχε μέντοι ταῦτα πάντα νῦν, οὐκ ἔχοντ' ἀποστροφὴν διὰ τὴν ὑμετέραν βραδυτῆτα καὶ ῥᾳθυμίαν, ἣν ἀπο-
9 θέσθαι φημὶ δεῖν ἤδη. ὁρᾶτε γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ πρᾶγμα, οἵ προελήλυθεν ἀσελγείας ἄν-

§ 8, 5. ἔχειν Σ, ἔχειν αὐτῷ Bk. Dindf. Voem. Vid. § 43. II, 15. — § 9, 2. ἄνθρωπος Σ, ἄνθρωποις Vulg.

Herm. ad Vig. p. 896. Praeter loca a Seidlero ad Eurip. Electr. 442 laudata vid. Soph. Antig. 441: κομίζοις ἂν σεαυτὸν ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον. Noster IX, 21 μέγας ἐκ μικροῦ ὁ Φίλιππος ηὐξήθη, quem locum apte affert Krüger; addo I, 28. II, 5. Koch erste Beil. zu Lucians Charon p. 52—62. E Latinis vid. Virg. Aen. II, 729. 735. Hor. Pis. 205. 346. Liv. I, 25 *exanimes* i. e. ut sint exanimes. — καὶ μισεῖ τις ἐκεῖνον. Haec verba H. Wolfius ad proceres aulicos, Olympiadem uxorem et ad Alexandrum filium refert. Lucches. duas statuit classes populorum, unam eorum, quibus Phil. familiariter uteretur, alteram huic oppositam, quos acerbo in se odio esse reputavit; sed in dubium voces, utrum D. certam classem intellexerit nec potius eos (ἄλλους τινὰς), qui vel in societatem vel in familiaritatem regis venerant et vel hoc vel illo animi motu tenebantur. Cfr. I, 22. II, 8, 18. Significat τις *non paucos* esse, qui hac sint mente. Hom. Il. VII, 202. Thuc. III, 111 haec: καί τινας αὐτῶν στρατηγῶν — ἠκόντισέ τις. Schol. ad h. l. dicit de *multitudine* τὶς esse accipiendum. Duker. ibid. loca Eustath. ad Hom. laudat. — ὅσαπερ καὶ — ταῦτα κἀν τοῖς, duplex καὶ aequabilem reddit orationem. Xen. Anab. II, 1, 22: ἀπάγγελλε ὅτι καὶ ἡμῖν ταὐτὰ δοκεῖ ἅπερ καὶ βασιλεῖ. Plato Phaedon. p. 64 C: ἐὰν ἄρα καὶ σοὶ συνδοκῇ καὶ ἐμοί, ubi vid. Heind.; et Stallb. ad Plat. Apol. p. 22 D. Rost § 171, 5, a. — κατέπτηχε, schol. ταπεινοῦται, Hesych. ἐφοβήθησαν. Cfr. Hom. Il. XXII, 191. Odyss. VIII, 190, ibique Eust. Herodi. II, 5. 8. — ταῦτα πάντα, res pro personis. Schaef., qui male me reprehendit I, 22 τὰ τῶν Θετταλῶν laudantem, adfert Xenoph. Oec. VI, 13, ubi τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα ad τέκτονας, χαλκέας aliosque pertinet. — ἀποστροφήν, Harpocr. s. h. v. et Phavor. per καταφυγήν explicant. Xen. Mem. II, 9, 5.

§ 9. οἵ' ἀσελγείας, *quo petulantiae*, h. or. § 37 τοῦθ' ὕβρεως, II,

ϑρωπος, ὃς οὐδ' αἵρεσιν ὑμῖν δίδωσι τοῦ πράττειν ἢ ἄγειν ἡσυχίαν, ἀλλ' ἀπειλεῖ καὶ λόγους ὑπερηφάνους, ὥς φασι, λέγει, καὶ οὐχ οἷός ἐστιν ἔχων ἃ κατέστραπται μένειν ἐπὶ τούτων, ἀλλ' ἀεί τι προσπεριβάλλεται καὶ κύκλῳ πανταχῆ μέλλοντας ἡμᾶς

§ 9, 5. *οἷός ἐστιν Σ, οἷός τ' ἐστιν Auger. et Bk.* 1816. — 7. *καὶ κύκλῳ*] *κύκλῳ καὶ Aug.*

8 *τοῦτο τοῦ καιροῦ*. XXI, 17 *ἐνταῦθα τῆς ὕβρεως*. Soph. Oed. R. 367 *ὁρᾶν ἵν' εἶ κακοῦ*. 771 *τοσοῦτον ἐλπίδων*. Eurip. Hec. 453 *νάσων — ἐνθα*. Matth. § 340. Rost § 162, 4. Vox *ἀσέλγεια*, schol. interprete, est *πᾶσα ὕβρις*, Etym. M. *ἀκολασία*. Orationis XXI hoc est initium: *τὴν ἀσέλγειαν καὶ ὕβριν — οὐδένα — ἀγνοεῖν ἡγοῦμαι*. Dem. conjungit *δεσποτικῶς καὶ ἀσελγῶς, πολυτελῶς καὶ ἀσελγ., προπετῶς καὶ ἀσ.* Bekk. Anecd. I, 451 *ἀσελγὲς* per *σφοδρὸν, βίαιον* explicatur. Missis Grammaticorum commentis, quae et ipsa diversa sunt, hanc vocem a *θέλγειν, mulcere*, descendere censemus, ut *ἀσελγὴς* sit, qui domari nequit, insolens. Vid. Aesch. III, 117: *ἀσελγέστατος καὶ οὐδεμίας παιδείας μετεσχηκώς*. — *ἄνθρωπος*, de hac scriptura disputavi ad I, 3. Adde VIII, 35 *φυλάττεσθαι δεῖ τὸν ἄνθρωπον*. Hermannus in Soph. Antig. 766. 1091. Oed. R. 1160. Oed. Col. 32. Aj. 263 *ἀνὴρ* dedit. Vid. Eundem ad Antig. 1180. Wolfiana castra praeter Maetznerum Reisig com. crit. Oed. C. p. 178, Krüger ad Historiog. p. 110 sequuti sunt. Mediam viam eamque veram inierunt Fritzschius Qu. Luc. p. 78 et Weberus ad Aristocr. p. 430, qui locos distingui volunt, quibus in universum (*ἄνθρ.*) homines denotantur, ab iis, quibus unus aliquis (*ἄνθρ.*). Ex hoc genere noster est. — *οἷός ἐστιν*, quod discrimen statuunt Grammatici (Harpocr. Suid. s. v.) *οἷος* sine *τε* significare *velle* et enclitica adjecta *posse*, id certo caret fundamento. Buttmannus ad Mid. p. 53 (§. 24) *οἷός τε ἦν* fortius dici putat, quem impugnat Weberus ad Aristocr. p. 469 haec dicens: „*οὐχ οἷός ἐστι λέγειν* talem aliquem esse significat, cui a natura denegata sit dicendi facultas, *οὐχ οἷός τ' ἐστι λέγειν* contra is dicitur, quem conditio, in qua versatur, et res non sinunt loqui." Vereor, ne argutius quam verius. Imo cum Matthia § 479 n. 2 res haec codicum auctoritati est relinquenda, quod et ipsum Bekkerus Turicenses, Voemelius fecerunt II, 17. XXI, 85. XXIII, 170. XLI, 14. XLIV, 19. Lys. XX, 5. 19. — *μένειν ἐπὶ τούτων*, est hujus locutionis et angustior significatio et latior: ex illa est *contentum esse* aliqua re nec ultra provehi VIII, 47, ad quem locum vide, LIV, 21: *οὐδὲν τῶν πραγμάτων ἐκινοῦμεν, ἀλλ' ἐμένομεν ἐπὶ τῶν αὐτῶν*, ex hac in aliqua re *permanere* XVIII, 307. Hoc sensu non differt a *μένειν ἐπί τινι* h. or. § 33. — *κύκλῳ* apte adspergitur ad *πανταχῆ*, ut Hom.

καὶ καθημένους περιστοιχίζεται. πότ' οὖν, ὦ ἄν- 43
δρες Ἀθηναῖοι, πότε ἃ χρη πράξετε; ἐπειδὰν τι
γένηται; ἐπειδὰν νὴ Δί' ἀνάγκη ᾖ. νῦν δέ τί χρὴ
τὰ γιγνόμενα ἡγεῖσθαι; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶομαι τοῖς
ἐλευθέροις μεγίστην ἀνάγκην τὴν ὑπὲρ τῶν πραγμά-
των αἰσχύνην εἶναι. ἢ βούλεσθε, εἰπέ μοι, περιόν-

§ **10**, 3. ἀνάγκη ᾖ Σ, ἀνάνκη τις ᾖ **Bk. Dindf. Voem.** — 6. περιιόντες] περιόντες pr Σ.

Od. I, 68 ἀσκελὲς αἰεί. **VIII**, 278 κύκλῳ, ἁπάντῃ. **IX**, 74 συνεχὲς αἰεί. **Herodot. I**, 67 συνεχέως αἰεί. **Soph. El.** 895 περιστεφῆ κύκλῳ. **Plat. Eutyphr. c.** 19 κύκλῳ περιόντας. **Xen. An. III**, 1, 2 κύκλῳ πάντῃ. **Wolf.** ad Lept. p. 235. **Maetzner** ad Lyc. p. 93. **E latinis scriptoribus** vid. **Liv. II**, 45. **XXI**, 32. **XXX**, 33. **Cic. Amer.** § 51. — περιστοιχίζεται, **schol. Etym. M.** et **Harpocrat.** testibus, **haec metaphora** desumta a venatoribus, qui circa ἐκδρομὰς ferarum recta ligna (στοίχους) figunt, hisque sua extendunt retia, ut, si ferae elabantur, in **haec** incidant. Cfr. **VI**, 27: ὡς ἐπιβουλεύεσθε, ὡς περιστοιχίζεσθε. **De vocabulis venatoriis** vid. **Stallb.** ad **Plat. Phaedon. p.** 66 **A.**

§ 10. πράξετε, idem habet **Hermog. III. p.** 414, sed **III. p.** 238 πράξομεν. Caute igitur rhetorum auctoritate est utendum. — ἐπειδὰν τί γένηται; haec verba ita explico: ἐπειδὰν γένηταί τι· τί δὲ τοῦτ' ἐστιν; has duas enuntiationes in unam conglutinavit orator; haud dissimilis est locus § 3: ἡλίκην — ὡς καλῶς. **Krüger** affert **Plat. Alcib. I**, 8: ὅταν οὖν περὶ τίνος βουλεύωνται; — νὴ Δία ironiae respondentis significandae inservit, ut **VIII**, 16. **XIV**, 12, quo ipso loco πρὸς Διός idem est. Vid. **Krüger** in **Schaef. App. V**, 770. — ἀνάγκη ᾖ, vulgo interponitur τις, sed auctoritate optimi libri, cui meus α accedit, cum Tur. et Frankio expunxi. Qui liber quum locis gemellis **VIII**, 51. **X**, 27 ἀναγκαῖον ᾖ praebeat, non dubito, quin nostro quoque loco, ut hiatus vitetur, idem scribatur. — τί χρὴ τὰ γίγν., de **pron.** τί cum plur. cfr. **Hom. Od. X**, 44 ἰδώμεθα, ὅττι τάδ' ἐστίν. **Dem. IX**, 16 μηδεὶς εἴπῃ τί ταῦτ' ἐστίν. **Plat. Phaedon p.** 57 **A. p.** 58 **C. Gorg. p.** 508 **C. Soph. Electr.** 766 τί ταῦτα; — ἐγὼ μὲν οἶομαι, **vid. Herm.** ad **Vig. p.** 841. et **Weber** ad **Aristocr. p.** 405, qui nubem exemplorum, quibus illa dictio elliptica probatur, collegit. De forma οἶομαι exposui ad **I**, 16. — ὑπὲρ τ. πραγ., ὑπὲρ causam indicat, ex qua ortum sit dedecus, ut **VIII**, 51: ἡ ὑπὲρ τῶν γιγνομένων αἰσχύνη. **Praepositio** omittitur **I**, 27. — εἰπέ μοι in formulam quandam, **Atticis** usitatam, abiisse videtur, ut de hac idem valeat, quod **Thom. M. p.** 891 de aliis ejusmodi vocibus dicit: τίθενται δὲ ἔστιν ὅτε τὸ ἄγε

τες αὑτῶν πυνθάνεσθαι: „λέγεταί τι καινόν;“ γένοιτο γὰρ ἄν τι καινότερον ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ Ἀθηναίους καταπολεμῶν καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων διοικῶν; „τέ- 11
θνηκε Φίλιππος;“ οὐ μὰ Δία. „ἀλλ' ἀσθενεῖ;“ τί δ' ὑμῖν διαφέρει; καὶ γὰρ ἂν οὗτός τι πάθῃ, ταχέως

§ **10**, 7. *πυνθάνεσθαι Σ Tur. Frank. Voem.* 1843, *πυνθάνεσθαι κατὰ τὴν ἀγοραν Vulg. Voem.* 1829 *et Dindf.* 1846. *Vid. adnot.* — § **11**, 1. *οὐ μὰ Δία. ἀλλ' Σ. Vid. adnot.*

καὶ τὸ φέρε, ἀσύνταχτα ἐπιφερομένων ἐρωτήσεων. Cfr. VIII, 74 *εἰπέ μοι, βουλεύεσθε.* Bernhardy Synt. p. 419. — *αὑτῶν* Longin. sect. XVIII per *ἀλλήλων*, quod Auger. recepit, explicat, cfr. IX, 21. 50 et Poppo Prol. Thuc. I, 1. p. 175. — *πυνθάνεσθαι*, quod vulg. addebatur *κατὰ τὴν ὁμοιόκαν* quum in bonis libris omittatur quumque in locis simillimis (h. or. § 48. VI, 14) Dem. omiserit, ex or. XI, 17 huc migrasse videtur. Bekkerus 1816 servavit, 1824 et 25 et Dindf. 1825 uncis inclusit, 1835 delevit. Rauchenstein in N. Jahrbb. f. Phil. XII, 4 defendit, item Krügerus et Engelh. p. 35. — *καινὸν*, hanc rerum novarum cupiditatem ipsi oratores suis saepe exprobrant, item Lucas Act. XVII, 21. Dem. intelligit *λογοποιοῦντας*, de quibus vid. § 48 ibique dicta. Cfr. quem Schaef. laudat, Theophr. Charact. VIII. (VII. ed. Schn.), et Hotting. in vers. germ. p. 124 sqq. Adde Aristoph. Equ. 1260, qui *τοὺς κεχηναίους* nominat Athenienses, et Wachsmuth I. p. 592. — *γένοιτο γὰρ* mirantis animum exprimit. Herm. ad Vig. p. 829. In loco gemello quod legitur *τί γένοιτο ἂν καινότερον*, quum etiam h. l. aliquot libri praebeant, Schaeferus non contemnit. — *Μακεδὼν ἀνὴρ*, vid. ad § 3. *Lucches.* ad h. l. haec: „magna huic sententiae vis inest, atque ad animos excitandos potentissima. Macedones enim paucis annis ante, Ol. 105, 1, quum Phil. regni habenas moderandas suscepit, pavidi, timidi, sordidati; Athenienses imperio, dignitate, viribus florentes; adeo ut 5 aut 6 [imo 9 aut 10] annorum intervallo tantam fortunae commutationem nemo sibi persuadere potuisset.“

§ 11. *τέθνηκε — ἀσθενεῖ;* Demosthenes memor nuntii, quem III, 5 de Philippo allatum fuisse refert, homines otiosos inducit, quorum alter utrum Phil. mortuus sit, alter an laboret quaerit. Notante Dindorfio optimus liber eam interpunctionem habet, quam cum ipso, Bekk. et Turic. dedi. Voemel. Saupp. Frank. ita: *οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ἀσθενεῖ.* Praeiverat Bremius. Bene Jacobs. confert XIX, 288: *περιερχόμεθ' ἡμεῖς σκοποῦντες καὶ ὠτακουστοῦντες — ποῖ πάρεισι Φίλιππος, ζῇ ἢ τέθνηκεν.* Ceterum cogita de morbo, in quem rex incidit Ol. 107, 2 et vide I, 13. Boehneck. p. 211. Nihil autem est, cur Winiewsk. p. 62 statuat, istum morbum ad praesens tempus

ὑμεῖς ἕτερον Φίλιππον ποιήσετε, ἅνπερ οὕτω προσέχητε τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν· οὐδὲ γὰρ οὗτος παρὰ τὴν αὑτοῦ ῥώμην τοσοῦτον ἐπηύξηκεν, ὅσον
12 παρὰ τὴν ἡμετέραν ἀμέλειαν. καίτοι καὶ τοῦτο· εἴ τι πάθοι καὶ τὰ τῆς τύχης ἡμῖν [ὑπάρξαι], ἥπερ ἀεὶ βέλτιον ἢ ὑμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα, καὶ

§ **11**, 5. *ἐπηύξηκεν Σ, ἐπηύξηται libri cett. et edd. Vid. ad III,* 29. — § **12**, 2. *εἴ τι*] *τι delet Σ. — ibid. ἡμῖν* [*ὑπάρξαι*], *sine uncis Bk. Voem. Dindf. cum Vulg., ἡμῖν Tur. Frank. Vid. adn.* — 3. *καὶ τοῦτ' ἐξεργάσαιτο Dindf.* 1846 *cum Dobraeo delevit.*

referendum esse. — *οὕτω προσέχ.* Wolfius ita interpret. *ἐὰν οὕτως ἀμελήσητε τῶν πραγμάτων.* — *παρὰ τὴν αὑτοῦ ῥώμην, per* suum robur. IX, 2: *οὐ παρ' ἓν οὐδὲ δύο τὰ πράγματα εἰς τοῦτο ἀφῖκται, μάλιστα εὑρήσετε διὰ τοὺς χαριζεσθαι προαιρουμένους,* ad quem locum ostendi per *παρὰ* c. accus. rei momentum argui, quo quid ad finem perducatur, *was neben der Sache hergeht und ihr vorzüglich den Ausschlag giebt,* vid. huj. or. §. 33 *παρὰ τὸν καιρόν.* Isocr. VI, 52: *ἀναμνήσθητε ὅτι, εἰ εἷς μόνος Λακεδαιμονίων βοηθήσειεν, ὑπὸ πάντων ἂν ὡμολογεῖτο παρὰ τοῦτον γενέσθαι σωτηρίαν αὐτοῖς.* Lucian. Dial. M. XII, 13: *παρὰ τὸ μέγεθος τῶν πεπραγμένων.* Praeivit Buttm. ad Mid. p. 181. Cfr. Wolf. ad Lept. p. 361. Bremi ad Aesch. Ctes. p. 385. Maetzner ad Lyc. p. 190. Non multum differt sententia Frankii ad h. l. et Weberi ad Aristocr. p. 521 fusius explicantis: es drücke einen *begleitenden Umstand* aus. Matth. § 588. Ad rem ipsam cfr. I, 9.

§ 12. *καὶ τοῦτο,* verumtamen *et hoc afferendum, tenendum est.* Engelh. p. 35: pono hoc quoque eventurum esse. Fritzsch. Qu. Luc. p. 32: ut hoc etiam inculcem. Apte hic laudat XVIII, 123: *καίτοι καὶ τοῦτο· ἐγὼ λοιδορίαν κατηγορίας τούτῳ διαφέρειν ἡγοῦμαι.* Utroque loco post *τοῦτο* colo interpunxi, alii plene. — *τὰ τῆς τύχης, fortunae favor.* Cfr. § 45 *τὸ τῶν θεῶν.* I, 4 *τὰ τοῦ πολέμου.* III, 29 *τὰ τῆς πόλεως.* Matth. § 285. — *ἡμῖν* [*ὑπάρξαι*], quum *ὑπάρξαι* in marg. Σ legatur, uncis inclusi, quamvis ferri possit. Ratio loci haec est: *si quid pateretur et fortuna nobis* [*adesset*], *quae melius nobis prospicit, quam nosmet ipsi, et hoc efficeret* (*παθεῖν τι*), *scitote etc.* Jam quum Orator dixisset *καίτοι καὶ τοῦτο,* verba *εἰ — ὑπάρξαι — καὶ τοῦτ' ἐξεργάσαιτο* (et haec quidem extrema neutiquam abjici velim) animo inculcantis conveniunt. Ex editione Reiskii, qui omnem hunc locum mutaverat, errore, ut videtur, in ed. Frankii *ἂν* inter *τοῦτ'* et *ἐξεργ.* ir-

τοῦτ' ἐξεργάσαιτο, ἴσθ' ὅτι πλησίον μὲν ὄντες, ἅπασιν ἂν τοῖς πράγμασι τεταραγμένοις ἐπιστάντες ὅπως βούλεσθε διοικήσαισθε, ὡς δὲ νῦν ἔχετε οὐδὲ διδόντων τῶν καιρῶν Ἀμφίπολιν δέξασθαι δύναισθ' ἄν, ἀπηρτημένοι καὶ ταῖς παρασκευαῖς καὶ ταῖς γνώμαις.

Ὡς μὲν οὖν δεῖ τὰ προσήκοντα ποιεῖν ἐθέ- 13
λοντας ὑπάρχειν ἅπαντας ἑτοίμως, ὡς ἐγνωκότων ὑμῶν καὶ πεπεισμένων, παύομαι λέγων· τὸν δὲ τρόπον τῆς παρασκευῆς, ἣν ἀπαλλάξαι ἂν τῶν τοιούτων πραγμάτων ὑμᾶς οἴομαι, καὶ τὸ πλῆ-

§ 12, 6. διδόντων Σ Bk. 1824 et 35. Tur. Dindf. Voem. 1843. Frank., διδόντων ὑμῖν Vulg. Bk. 1816 et 25. Voem. 1829. — § 13, 5. ὑμᾶς] ἡμᾶς Σ Tur. Frank. — ibid. οἶομαι Σ, ἡγοῦμαι Vulg. et Bk.

repsit. — πλησίον ὄντες i. e. εἰ πλησίον εἴητε, ἂν διοικήσαισθε. — ἐπιστάντες, rebus turbatis *superveniendo* sc. εἴ τι πάθοι Φίλιππος. — τῶν καιρῶν, *opportunitates*, ut XVIII, 307: τοὺς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν καιροὺς ἀντὶ τῶν ὑπὲρ τῆς πατρίδος θεραπεύειν. Fortasse Dem. istam legationem spectat, cujus mentio fit XXIII, 149, ubi vid. Weber. — ἀπηρτημένοι, schol. κεχωρισμένοι. Thom. M. p. 327 ἀποδίδοταμαι, quo quidem auctore illa vox proprie de mari dicitur; h. l. *prohibiti* a re gerenda et apparatus et consiliorum inopia.

§ 13. ἐθέλοντας ὑπάρχειν, haec periphrasis, ut εἶναι cum partic., suam quandam vim habet, cfr. XV, 1: ὡς εἰπεῖν ἁπλῶς ἅπαντες ὑπάρχειν ἐγνωκότες μοι δοκεῖτε. Alia exempla vide apud Dissen. ad Dem. Cor. p. 259 sq. — ὡς ἐγνωκ. κ. πεπ., de hoc usu particulae ὡς vid. ad vit. Dem. §. 11, *quippe quum hoc sentiatis et perspectum habeatis*. Buttm. 145, 6, 5. Matth. § 568. — ἀπαλλάξαι ἂν τῶν τοιούτων πραγμ., partic. ἄν infinitivo juncta *vim potentialem* habet, mox ἂν παρασκευασθῆναι. VIII, 35 ὥστε μὴ ἂν δύνασθαι. XIV, 2. XV, 12. Herm. de part. ἄν p. 179. Schaef. mel. crit. p. 60. Stallb. ad Plat. Phileb. p. 204. Ceterum hanc rerum conditionem negotiis plenam saepe Orator civibus exprobrat, ut I, 8. Haec ipsa est causa, cur lectionem ὑμᾶς alteri ἡμᾶς praeferendam duxi, nam toto loco alloquentis personam sustinet. Paullo post τἆλλα scripsi libris jubentibus cum Bekkero et plerisque ceteris edd. Vid. Buttm. a. Gr. I, 116. Dissentiunt τἄλλα scribentes Dindorf., Schaefer. App. I. p. 197 et

θος ὅσον, καὶ πόρους οὕστινας χρημάτων, καὶ τἆλλα ὡς ἄν μοι βέλτιστα καὶ τάχιστα δοκεῖ παρασκευασθῆναι, καὶ δὴ πειράσομαι λέγειν, δεηθεὶς
14 ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοσοῦτον. ἐπειδὰν ἅπαντα ἀκούσητε, κρίνατε, μὴ πρότερον προλαμβάνετε· μηδ' ἂν ἐξ ἀρχῆς δοκῶ τινι καινὴν παρασκευὴν λέγειν, ἀναβάλλειν με τὰ πράγματα ἡγείσθω. οὐ γὰρ οἱ ταχὺ καὶ τήμερον εἰπόντες μάλιστα εἰς δέον λέγουσιν — οὐ γὰρ ἂν τά γε ἤδη γεγενη-
15 μένα τῇ νυνὶ βοηθείᾳ κωλῦσαι δυνηθείημεν —, ἀλλ' ὃς ἂν δείξῃ, τίς πορισθεῖσα παρασκευὴ καὶ πόση

§ 13, 7. δοκεῖ] δοκῇ Σ. *Vid. ad I*, 26. — § 14, 2. μὴ Σ, καὶ μὴ *Vulg. Bk.* 1816, *Voem.* 1843, *qui* 1829 καὶ *omiserat.* — 4. ἀναβάλλειν Σ, *Dindf.* „Σ a m. rec. γρ. καὶ ἀναβάλλεσθαι", *quam lect. vulgatam Bk.* 1816 *tenebat.* — § 15, 1. ὃς] ὡς Σ

in Steph. Thes. s. v., Poppo Thuc. II, 1. p. 151, qui laudat Wolf. Lit. Anal. II, 432. — καὶ δὴ i. q. ἤδη, vid. ad II, 13.

§ 14. κρίνατε, μὴ πρότ. προλ., vulgo καὶ interponunt: tametsi non desunt loca ejusmodi, quae copula vinciuntur (Matth. § 688 fin.), tamen multa exempla testantur, codici optimo esse obsequendum, ut mirer solum Voemelium fidem denegasse. XVIII, 265: ἐξέτασον τοίνυν, πρὸς, μὴ πικρῶς. Doberenz Obss. p. 4. Alia ratio loci est III, 31. — προλαμβάνειν per se dicitur de iis, qui revera alicui quid praecipiunt, h. l. de judicio, quo quis praevenire possit. Xen. Cyr. I, 2, 3: προλαβόντες οἱ Περσικοὶ νόμοι ἐπιμέλονται ὅπως μὴ etc. De πρότερον, quod praefixum est, vid. ad § 7 et 10. — καινὴν, ipsum novum apparatum describit § 16, quo quidem instituendo multum videbatur temporis consumi. — ἀναβάλλειν, efficere ut quis quid differat, *etwas zum Verschieben bringen*, VIII, 52: ἐξ ὧν ἀναβάλλουσιν ὑμᾶς, coll. IX, 14. ἀναβάλλεσθαι, *differre*, huj. or. § 38. III, 9. Nostro loco discrimen illud minus apparet. Vid. Thom. M. p. 64, 5 ἀνεβαλόμην ibique interpp. — ταχὺ καὶ τήμερον, alii jactant *celeriter*, alii *hodie* rem esse perficiendam. Thom. M. p. 845 dicit τὸ τήμερον εἶναι κρεῖττον ἢ τὸ νῦν εἶναι. — εἰς δέον, *opportune*, XX, 46: εἰς δέον νῦν αὐτῷ γέγονε τὸ παρ' ὑμῶν λαβεῖν τὴν ἀτέλειαν. — οὐ γὰρ ἄν κτλ., non enim fieri potest, ut copiis, quas nunc habemus — vid. § 27 — res amissas recuperemus.

§ 15. τίς πορισθ. παρ., *quae copiae instructae esse debeant*

καὶ πόθεν διαμεῖναι δυνήσεται, ἕως ἂν ἢ διαλυσώμεθα πεισθέντες τὸν πόλεμον ἢ περιγενώμεθα τῶν ἐχθρῶν· οὕτω γὰρ οὐκέτι τοῦ λοιποῦ πάσχοιμεν ἂν κακῶς. οἶμαι τοίνυν ἐγὼ ταῦτα λέγειν ἔχειν, μὴ κωλύων, εἴ τις ἄλλος ἐπαγγέλλεταί τι. ἡ μὲν οὖν ὑπόσχεσις οὕτω μεγάλη, τὸ δὲ πρᾶγμα ἤδη τὸν ἔλεγχον δώσει· κριταὶ δ' ὑμεῖς ἔσεσθε.

Πρῶτον μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τρι- 16
ήρεις πεντήκοντα παρασκευάσασθαι φημὶ δεῖν, εἶτ' αὐτοὺς οὕτω τας γνώμας ἔχειν, ὡς, ἐάν τι δέῃ, πλευστέον εἰς ταύτας αὐτοῖς ἐμβᾶσιν. πρὸς δὲ τού-

§ 15, 6. κωλύων] καταλύων Σ.

et *quantae et unde retineri possint*. Gemellus est locus XIV, 2, quocum cfr. § 16 et Init. rhet. p. 1432 ἀλλ' ὃς ἂν δείξῃ, τίς πορισθείσα παρασκευὴ νυνὶ διαμεῖναι δυνήσεται. — ἕως ἄν, vid. ad II, 21. — οὕτω, schol. φυλάττοντες τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον. Genit. τοῦ λοιποῦ (i. q. εἰς τὸ λοιπόν) temporis notionem exprimit. Herodi. VIII, 4, 6: μίας ἡμέρας ἀναπαυσάμενοι· τοῦ λοιποῦ εἶχοντο τῆς πολιορκίας. Matth. Gr. § 377, 2 et Herm. ad Vig. p. 706. — ἐπαγγέλλεται, distinguenda est notio activi et medii; ἐπαγγέλλειν est, oratori, cui per leges in comitiis verba facere non licet, accusationem denuntiare. Harpocr. s. h. v. et Etym. M. 353, 43. Schoemann. de Comit. Ath. p. 240 et Att. Proc. p. 200. ἐπαγγέλλεσθαι, fidem dare, se obstringere ad aliquid; differt ab ὑπισχνεῖσθαι monente Thom. M. p. 871: ὑπισχνεῖται κυρίως τὶς τὸ ἀξιωθὲν διδύναι· ἐπαγγέλλεται δὲ ὁ δίχα ἀξιώσεως παρέχειν βουλόμενος. Nempe sunt haec verba in eodem genere diversa, ut nostra *zusagen* (ὑπ.) et *versprechen* (ἐπ.). Subtilissime de hoc vocabulo egit Taylor in Schaef. App. II, 411 et Wolf. ad Lept. p. 265. — τὸ δὲ πρᾶγμα, manet in metaphora a re forensi desumta, in qua πρᾶγμα ipsa est causa, de qua agitur, ἔλεγχος convictio causae. Sensus est: res ipsa se ostendet. Cfr. XVIII, 226: τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους φυγών, coll. XXII, 22. Extrema nostri loci verba circumscribit Hermog. Walz. III. p. 193.

§ 16. πεντήκοντα, parvus hic fuit numerus pro trecentis longis navibus, quas Orator XIV, 13 (Ol. 106, 3) parari jusserat. „Ut aliquid modo gerant, cum tanta sit necessitas, facilia proponit.“ *Luc-ches.* Triremium optimus videtur in bello usus fuisse: hinc Hesych. illas πλοῖα πολεμικὰ et schol. Aristoph. πολεμίας vocat. — οὕτω τὰς γν. XIV, 14: οὕτω διακεῖσθαι τὰς γνώμας ὑμῶν. — αὐτοῖς, abhorre-

τοις, τοῖς ἡμίσεσι τῶν ἱππέων ἱππαγωγοὺς τριήρεις
17 καὶ πλοῖα ἱκανὰ εὐτρεπίσαι κελεύω. ταῦτα μὲν
οἶμαι δεῖν ὑπάρχειν ἐπὶ τὰς ἐξαίφνης ταύτας ἀπὸ
τῆς οἰκείας χώρας αὐτοῦ στρατείας εἰς Πύλας καὶ
Χερρόνησον καὶ Ὄλυνθον καὶ ὅποι βούλεται· δεῖ γὰρ
ἐκείνῳ τοῦτο ἐν τῇ γνώμῃ παραστῆναι, ὡς ὑμεῖς
ἐκ τῆς ἀμελείας ταύτης τῆς ἄγαν, ὥσπερ εἰς Εὔ-
βοιαν καὶ πρότερόν ποτέ φασιν εἰς Ἁλίαρτον καὶ τὰ

§ 17, 5. παραστῆναι] παραστῆσαι Σ et Frank.

bant Athenienses a militia, mercenariis sua officia demandantes; illi quum rem pessime gererent, suos Noster adhortatur, ut ipsi stipendia faciant. Vid. III, 4. — ἡμίσεσι τῶν ἱπ., *dimidiae equitum parti*, i. e. quingentis. Boeckh. Staatsh. I, 301. 310. Xen. Cyr. II, 3, 17: ἡμίσεις τῶν ἀνδρῶν. Thuc. VII, 3: ἄγων τὴν πλείστην τῆς στρατιᾶς. Plut. Lyc. c. 8: ἡμίσεις τῶν ἐννακισχιλίων. Fab. M. c. 2: τὴν πρόσοικον τῆς Ἰταλίας. Dem. IX, 52: ἧς (χώρας) ἄγειν καὶ φέρειν ἔστι τὴν πολλήν. Vid. Wolf. ad Lept. p. 223. Hoogev. ad Vig. p. 99. — ἱππαγ. τριήρεις naves, quibus utebantur in transvehendis equitibus, et quarum singulae XXX equites continebant. Thuc. II, 56. IV, 42. VI, 43, ad quem locum vid. Duker. Videntur hae naves opponi illis quinquaginta, quas modo nominaverat. „Nisi forte *αἱ ἱππαγωγοὶ τριήρεις* oppositae fuerant *ταῖς ταχείαις*, de quibus p. 46, 6.“ [§ 21] *Schaef.* Nam quod Taylore visum est, ἱππαγωγοὺς a τριήρεις sejungere, id vel propter verba πρὸς τούτοις admitti nequit. — πλοῖα, schol. τὰ φέροντα τὰ ἐπιτήδεια. Thuc. II, 84. Xen. Anab. I, 7, 15 πλοῖα σιταγωγά. Distinguit igitur tria navium genera, quarum duo priora triremes erant. Boeckh. Seewesen d. Athen. p. 74.

§ 17. ταύτας sc. omnibus notas, cfr. § 17. 19. XX, 77: εἷλε τῶν νήσων τούτων τὰς πολλάς. Non est, cur cum interpretibus excursiones a Philippo modo factas intelligas. Nam etsi hic, teste Diod. Sic. XVI, 38 coll. Winiewski p. 51 et Voemel. proleg. § 25, Ol. 107, 1 *Thermopylas* aggressus erat, tamen ostendi nequit, regem eodem tempore impetum vel in *Chersonesum* vel in *Olynthum* fecisse, imo quum Dem. in orat. Aristocr., quae Ol. 106, 4 habita est, § 107 et 183 nullam ejus rei faciat mentionem, probabile est, non minus peninsulam quam Olynthum (cfr. I, 13) i. e. urbes Chalcidicas Ol. 107, 2 occupatas fuisse. Diod. S. XVI, 34 et Boehnecke p. 243. — παραστῆναι, *hoc ejus menti infixum esse debet.* Quod Franklius recepit παραστῆσαι explicans „oportet vos hoc illi in mentem injicere“ non congruit cum ἐν τῇ γνώμῃ. — Εὔβοιαν, Ol. 105, 3 discordiis in hac

τελευταῖα πρώην εἰς Πύλας, ἴσως ἂν ὁρμήσαιτε. οὔ- 18
τοι παντελῶς οὐδ' εἰ μὴ ποιήσαιτ' ἂν τοῦτο, ὡς
ἔγωγέ φημι δεῖν, εὐκαταφρόνητόν ἐστιν, ἵν' ἡ διὰ
τὸν φόβον εἰδὼς εὐτρεπεῖς ὑμᾶς (εἴσεται γὰρ ἀκρι-
βῶς· εἰσὶ γάρ, εἰσὶν οἱ πάντ' ἐξαγγέλλοντες ἐκείνῳ
παρ' ἡμῶν αὐτῶν πλείους τοῦ δέοντος) ἡσυχίαν

§ 17, 8. ὁρμήσαιτε] ὁρμήσετε Σ ap. Dindf. — § 18, 1. ποιήσαιτ'] ποιήσετε Σ ap. Dindf.

insula ortis, alii Thebanos, alii Athenienses in auxilium vocant; illi ab his, quos Timotheus gravissimis verbis instigaverat, vincuntur et Eubocensium res restituuntur. Dem. I, 8. VIII, 74, XVI. 14. Diod. Sic. XVI, 7. Winiewsk. p. 30 sq. Boehn. p. 146. Aeschin. III, 85 magnis hanc rem laudibus effert. Cfr. Weisk. hyp. III. p. 35. — Ἁλίαρτος, urbs Boeotiae, quam Pausanias, Lysandro ibidem occiso, oppugnaverat et Atheniensis Ol. 96, 2 liberaverant. Xen. Hell. III, 5, 16—25. Dem. XVIII, 96. Winiewsk. p. 21. — τελευταῖα πρώην (de scriptura vid. ad Phil. III, 27), fuerunt qui ex his verbis concluderent, orationem nostram ad Ol. 107, 1 pertinere; atqui τελευταῖος ampliore dici significatione docuit Rehdantz vit. Chabr. p. 65 et πρώην vel trium annorum spatio contineri patet ex ipso Dem. XXII, 14: ἐσθ' ὅτι πρώην (i. e. Ol. 105, 3) Εὐβοεῦσιν ἡμερῶν τριῶν ἐβοηθήσατε. Dem. autem haec dicebat verba Ol. 106, 2. Jam quum impressio ista Ol. 107, 1 facta esset, Ol. 107, 4 dicere potuit τελευτ. πρ. — ἴσως ἄν, quod Reisk. post haec verba inseri voluit καὶ ἐπ' αὐτόν, id ipsum jam significatur per ταύτης τῆς ἄγαν, *ex nimia hac socordia.*

§ 18. οὔτοι, non sane omnino, etiamsi forte non faciatis, quod faciendum suadeo, id aspernandum est. Intelligit enim apparatum bellicum, de quo modo dixerat; „recte additur ἄν, quum enuntiatio per se, i. e. nulla ratione habita praegressae particulae εἰ, sit hypothetica: *etiamsi forte hoc non faciatis.*" Schaef. — εὐτρεπεῖς ὑμᾶς, inter has voces Wolfius de suo inseruit ὄντας, Schaefero probante. Omisi cum edd., quum ipsum adjectivum participii notionem habeat: idem sentit Sauppius. Exempla habent Matth. § 549, 6, 3. Rost § 147, n. 4. — εἰσὶ δὲ haec epizeuxi vid. ad I, 19. Demosthenes hujusmodi homines, qui Philippi rebus faveant, saepius tangit: II, 14. Tourell. putat hic designari Aristodemum et Neoptolemum, qui uterque histrio fuit et pacis cum Philippo contrahendae auctor. Dem. XIX, 10: 12. Becker Dem. als Staatsm. p. 67. Weisk. hyp. I. p. 31. Wachsmuth I. p. 298. — ἐξαγγέλλοντες, Hesych. ἐξάγγελος explicat ὁ τὰ ἔσω γιγνόμενα τοῖς ἔξω ἀγγέλλων, qui clandestina consilia enunciat. Sturz. Lex. Xen. II,

τοις, τοῖς ἡμίσεσι τῶν ἱππέων ἱππαγωγοὺς τριήρεις
17 καὶ πλοῖα ἱκανὰ εὐτρεπίσαι κελεύω. ταῦτα μὲν
οἶμαι δεῖν ὑπάρχειν ἐπὶ τας ἐξαίφνης ταύτας ἀπὸ
τῆς οἰκείας χώρας αὐτοῦ στρατείας εἰς Πύλας καὶ
Χερρόνησον καὶ Ὄλυνθον καὶ ὅποι βούλεται· δεῖ γὰρ
ἐκείνῳ τοῦτο ἐν τῇ γνώμῃ παραστῆναι, ὡς ὑμεῖς
ἐκ τῆς ἀμελείας ταύτης τῆς ἄγαν, ὥσπερ εἰς Εὔ-
βοιαν καὶ πρότερόν ποτέ φασιν εἰς Ἁλίαρτον καὶ τὰ

§ 17, 5. παραστῆναι] παραστῆσαι Σ et Frank.

bant Athenienses a militia, mercenariis sua officia demandantes; illi quum rem pessime gererent, suos Noster adhortatur, ut ipsi stipendia faciant. Vid. III, 4. — ἡμίσεσι τῶν ἱπ., *dimidiae equitum parti*, i. e. quingentis. Boeckh. Staatsh. I, 301. 310. Xen. Cyr. II, 3, 17: ἡμίσεις τῶν ἀνδρῶν. Thuc. VII, 3: ἄγων τὴν πλείστην τῆς στρατιᾶς. Plut. Lyc. c. 8: ἡμίσεις τῶν ἑννακισχιλίων. Fab. M. c. 2: τὴν πρόσοικον τῆς Ἰταλίας. Dem. IX, 52: ἧς (χώρας) ἄγειν καὶ φέρειν ἔστι τὴν πολλήν. Vid. Wolf. ad Lept. p. 223. Hoogev. ad Vig. p. 99. — ἱππαγ. τριήρεις naves, quibus utebantur in transvehendis equitibus, et quarum singulae xxx equites continebant. Thuc. II, 56. IV, 42. VI, 43, ad quem locum vid. Duker. Videntur hae naves opponi illis quinquaginta, quas modo nominaverat. „Nisi forte αἱ ἱππαγωγοὶ τριήρεις oppositae fuerant ταῖς ταχείαις, de quibus p. 46, 6.“ [§ 21] *Schaef.* Nam quod Taylore visum est, ἱππαγωγοὺς a τριήρεις sejungere, id vel propter verba πρὸς τούτοις admitti nequit. — πλοῖα, schol. τὰ φέροντα τὰ ἐπιτήδεια. Thuc. II, 84. Xen. Anab. I, 7, 15 πλοῖα σιταγωγά. Distinguit igitur tria navium genera, quarum duo priora triremes erant. Boeckh. Seewesen d. Athen. p. 74.

§ 17. ταύτας sc. omnibus notas, cfr. § 17. 19. XX, 77: εἷλε τῶν νήσων τούτων τὰς πολλάς. Non est, cur cum interpretibus excursiones a Philippo modo factas intelligas. Nam etsi hic, teste Diod. Sic. XVI, 38 coll. Winiewski p. 51 et Voemel. proleg. § 25, Ol. 107, 1 *Thermopylas* aggressus erat, tamen ostendi nequit, regem eodem tempore impetum vel in *Chersonesum* vel in *Olynthum* fecisse, imo quum Dem. in orat. Aristocr., quae Ol. 106, 4 habita est, § 107 et 183 nullam ejus rei faciat mentionem, probabile est, non minus peninsulam quam Olynthum (cfr. I, 13) i. e. urbes Chalcidicas Ol. 107, 2 occupatas fuisse. Diod. S. XVI, 34 et Boehnecke p. 243. — παραστῆναι, *hoc ejus menti infixum esse debet.* Quod Frankius recepit παραστῆσαι explicans „oportet vos hoc illi in mentem injicere“ non congruit cum ἐν τῇ γνώμῃ. — Εὔβοιαν, Ol. 105, 3 discordiis in hac

τελευταῖα πρώην εἰς Πύλας, ἕως ἂν ὁρμήσαιτε. οὔ- 18
τοι παντελῶς οὐδ' εἰ μὴ ποιήσαιτ' ἂν τοῦτο, ὡς
ἔγωγέ φημι δεῖν, εὐκαταφρόνητόν ἐστιν, ἵν' ἡ διὰ
τὸν φόβον εἰδως εὐτρεπεῖς ὑμᾶς (εἴσεται γὰρ ἀκρι-
βῶς· εἰσὶ γάρ, εἰσὶν οἱ πάντ' ἐξαγγέλλοντες ἐκείνῳ
παρ' ἡμῶν αὐτῶν πλείους τοῦ δέοντος) ἡσυχίαν

§ 17, 8. ὁρμήσαιτε] ὁρμίσετε Σ ap. Dindf. — § 18, 1. ποιήσαιτ'] ποιήσετε Σ ap. Dindf.

insula ortis, alii Thebanos, alii Athenienses in auxilium vocant; illi ab his, quos Timotheus gravissimis verbis instigaverat, vincuntur et Euboeensium res restituuntur. Dem. I, 8. VIII, 74, XVI. 14. Diod. Sic. XVI, 7. Winiewsk. p. 30 sq. Boehn. p. 146. Aeschin. III, 85 magnis hanc rem laudibus effert. Cfr. Weisk. hyp. III. p. 35. — Ἁλιάρτους, urbs Boeotiae, quam Pausanias, Lysandro ibidem occiso, oppugnaverat et Athenienses Ol. 96, 2 liberaverant. Xen. Hell. III, 5, 16—25. Dem. XVIII, 96. Winiewsk. p. 21. — τελευταῖα πρώην (de scriptura vid. ad Phil. III, 27), fuerunt qui ex his verbis concluderent, orationem nostram ad Ol. 107, 1 pertinere; atqui τελευταῖος ampliore dici significatione docuit Rehdantz vit. Chabr. p. 65 et πρώην vel trium annorum spatio contineri patet ex ipso Dem. XXII, 14: ἴσθ' ὅτι πρώην (i. e. Ol. 105, 3) Εὐβοεῦσιν ἡμερῶν τριῶν ἐβοηθήσατε. Dem. autem haec dicebat verba Ol. 106, 2. Jam quum impressio ista Ol. 107, 1 facta esset, Ol. 107, 4 dicere potuit τελευτ. πρ. — ἕως ἄν, quod Reisk. post haec verba inseri voluit καὶ ἐπ' αὐτόν, id ipsum jam significatur per ταύτης τῆς ἄγαν, *ex nimia hac socordia.*

§ 18. οὔτοι, non sane omnino, etiamsi forte non faciatis, quod faciendum suadeo, id aspernandum est. Intelligit enim apparatum bellicum, de quo modo dixerat; „recte additur ἄν, quum enuntiatio per se, i. e. nulla ratione habita praegressae particulae εἰ, sit hypothetica: *etiamsi forte hoc non faciatis.*" Schaef. — εὐτρεπεῖς ὑμᾶς, inter has voces Wolfius de suo inseruit ὄντας, Schaefero probante. Omisi cum edd., quum ipsum adjectivum participii notionem habeat: idem sentit Sauppius. Exempla habent Matth. § 549, 6, 3. Rost § 147, n. 4. — εἰσὶ δὲ haec epizeuxi vid. ad I, 19. Demosthenes hujusmodi homines, qui Philippi rebus faveant, saepius tangit: II, 14. Tourell. putat hic designari Aristodemum et Neoptolemum, qui uterque histrio fuit et pacis cum Philippo contrahendae auctor. Dem. XIX, 10: 12. Becker Dem. als Staatsm. p. 67. Weisk. hyp. I. p. 31. Wachsmuth I. p. 298. — ἐξαγγέλλοντες, Hesych. ἐξάγγελος explicat ὁ τὰ ἔσω γεγονότα τοῖς ἔξω ἀγγέλλων, qui clandestina consilia enunciat. Sturz. Lex. Xen. II,

ἔχῃ, ἢ παριδὼν ταῦτα ἀφύλακτος ληφθῇ, μηδενὸς ὄντος ἐμποδὼν πλεῖν ἐπὶ τὴν ἐκείνου χώραν ὑμῖν, ἂν
19 ἐνδῷ καιρόν. ταῦτα μέν ἐστιν, ἃ πᾶσι δεδόχθαι φημὶ δεῖν, καὶ παρεσκευάσθαι προσήκειν οἶμαι· πρὸ δὲ τούτων δύναμίν τινα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φημὶ προχειρίσασθαι δεῖν ὑμᾶς, ἣ συνεχῶς πολεμήσει καὶ κακῶς ἐκεῖνον ποιήσει. μή μοι μυρίους μηδὲ δισμυρίους ξένους, μηδὲ τὰς ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις, ἀλλ' ἣ τῆς πόλεως ἔσται, κἂν ὑμεῖς ἕνα

§ 18, 8. *καιρόν Σ, Vulg.* καιρός. — § 19, 2. *παρεσκευάσθαι Σ, Vulg.* παρασκευάσασθαι. — *ibid. πρὸ δὲ τούτων Σ,* πρὸς δὲ τούτοις *Vulg. Bk. Dindf. Voem.* 1829. — 4. *ὑμᾶς*] ἡμᾶς *Σ.* — 7. *ἀλλ' ἢ*] *ἀλλ' ἣ Bk. Dindf. Voem. Frank. Vid. adn.* — *ibid. ἔσται Σ, ἔστω Vulg.* — *ibid. κἂν*] *καὶ κἂν e conj. Wolfii Frankius, — sed cfr. IX,* 32.

202. — *ἀφύλακτος*, qui semet ipsum non custodit itaque incautus est; Xen. Cyr. I, 6, 19: *τοὺς πολεμίους ἀφυλάκτους λαμβάνειν.* — *ἐνδῷ καιρόν, ἐνδιδόναι* neutral. est *cedere*, et activ. cum acc. *πρόφασιν, ἀρχήν* similibusque denotat *suppeditare.* Eodem modo h. l.: *si Philippus occasionem fecerit.* Soph. Oed. C. 1071 ibique Elmsl. et Winkelmann ad Plut. Moral. 62, 3.

§ 19. *δεδόχθαι* ut *πεπεισμένων* § 13, *βεβουλεῦσθαι καὶ παρεσκευάσθαι* VIII, 3, *συντετάχθαι* XIV, 17 „ad cunctationem tollendam et ad celeritatem urgendam pertinent." *Voem.* — *πρὸ δὲ τούτων*, *prae his*, quae dixerat, vult copias exstrui, quae in Macedoniam invadant, ut § 32. Vid. Saupp. ep. ad Herm. p. 39. — *πολεμήσει*, de futuro vid. ad I, 2. — *μυρίους* sc. *λεγέτω* sive quod Hermog. Wz. III. p. 162 addidit *πρόφερε.* Nempe est ferventis, verbum omittere, quod ex tota oratione facile suppleri potest. Soph. Ant. 577: *μὴ τριβάς ἔτ'* sc. *ποιεῖτε*, ubi vid. interpp. et Fritzsch. Qu. Luc. p. 121. Stallb. ad Plat. Protag. p. 318 B. Scholiasta censet, ab Oratore illos mille mercenarios in memoriam suorum revocari, cum quibus, a Persarum rege dimissis, Chares Atheniensis ab Artabazo sollicitatus illum Ol. 106, 1 devicerit; eandem rem tangit Diod. Sic. XVI, 22. — *ἐπιστολιμαίους* explicat Grammat. in Bekk. Anecd. I. p. 253 *τὰς ἐν ἐπιστολαῖς γραφομένας μόνον δυνάμεις, ἔργῳ δὲ ἐν πολέμῳ μὴ θεωρουμένας.* Similiter Reisk. in Ind. copias intelligit litteris consignatas, non in acie stantes, cfr. huj. or. § 30 et 45. — *ἀλλ' ἢ*, vulg. *ἀλλ' ἣ.* Jam quum in diss. de cod. Dem. Dresd. (Jahn. Arch. XI, 1 p. 257)

κἂν πλείους κἂν τὸν δεῖνα κἂν ὁντινοῦν χειροτονήσητε στρατηγὸν, τούτῳ πείσεται καὶ ἀκολουθήσει· καὶ τροφὴν ταύτῃ πορίσαι κελεύω. ἔσται δ' 20
αὕτη τίς ἡ δύναμις καὶ ὁπόση καὶ πόθεν τὴν τροφὴν ἕξει, καὶ πῶς ταῦτ' ἐθελήσει ποιεῖν; ἐγὼ φράσω καθ' ἕκαστον τούτων διεξιὼν χωρίς. ξένους μὲν λέγω, καὶ ὅπως μὴ ποιήσετε ὃ πολλάκις ὑμᾶς ἔβλαψεν — ἅπαντ' ἐλάττω νομίζοντες εἶναι τοῦ δέοντος καὶ τὰ μέγιστ' ἐν τοῖς ψηφίσμασιν αἱρού-

§ 19, 8. ὁντινοῦν] τινοῦν Σ. — § 20, 3. ἐθελήσει Σ, ἐθελήσετε Vulg. et Bk. — 5. ποιήσετε e conj. Bekkeri, ποιήσητε libri et Dindf. Voem. Frank. Vid. ad I, 2 et II, 2 — ibid. ὃ Σ, τοῦθ' ὃ Dindf. Voem. Bk. 1816.

docüerim, praecedente negatione directa, quae h. l. non est, ἀλλ' ἤ esse scribendum, assentior H. Wolfio, Weiskio de hyp. III. p. 8 et Sauppio scribentibus ἀλλ' ἤ, quod et ipsum in cod. Goth. legitur. Sensus est: *ne quis mihi illas copias nominet, sed eas, quae civitatis imperio subjectae sint ejusque rebus inserviant.* Cfr. § 27. Voemelius nolim nuper, interpunctione post ποιήσει sublata, verba μή μοι usque ad δυνάμεις parentheseos notis incluserit. — τροφὴν i. q. σιτηρέσιον. Jubet commeatum suppeditari, ut ne singuli sua gerant bella. Cfr. § 28. 29 et Boeckh. Staatsh. I. p. 293.

§ 20. ἐθελήσει sc. ἡ δύναμις, quomodo copiae istae hoc *poterunt* facere, ut reip. consulant? Nimirum facultas pendet a consilio. Vid. Eustath. ad Il. XIII, 106. Suid. s. ἐθελήσει. Orv. ad Char. p. 461. Saupp. ep. ad Herm. p. 39. Lectionem olim a me praelatam nunc plerisque editoribus placuisse laetor. — καθ' ἕκαστον τούτων, *singulatim.* Ad II, 24 (coll. IX, 22) adnotavi καθ' ἕκαστον et adverbialiter et substantive dici, ut Latinorum *partim*, vid. Zumpt § 271. Sauppio verisimilius videtur, Graecos per attractionem genitivum addidisse. — ξένους, neque haec vox significat στρατιώτας, quod Wolfio placuit, neque cum Mount. πεζοὺς substituendum, sed, nisi quis cum Reiskio putet, scriptorem occoepti sermonis oblitum esse, quum paullo post dicat στρατιώτας, de industria ξένους videtur in principio posuisse, ne peregrinos excludere existimetur, quin his solis exercitum constare velit. Recte A. G. Becker in not. ad h. l. adfert Longinum XXII, 4. p. 136. Mor. subtiliter de hyperbato disserentem. — ἅπαντ' ἐλάττω, fuit hoc Atheniensium, ut maxima decernerent, minima perficerent: quam rem illis saepe et Noster et alii oratores ex-

μενοι, ἐπὶ τῷ πράττειν οὐδὲ τὰ μικρὰ ποιεῖτε. ἀλλὰ τὰ μικρὰ ποιήσαντες καὶ πορίσαντες, τούτοις προσ-
21 τίθετε, ἂν ἐλάττω φαίνηται. λέγω δὴ τοὺς πάντας στρατιώτας δισχιλίους· τούτων δὲ Ἀθηναίους φημὶ δεῖν εἶναι πεντακοσίους, ἐξ ἧς ἄν τινος ὑμῖν ἡλικίας καλῶς ἔχειν δοκῇ, χρόνον τακτὸν στρατευομένους, μὴ46 μακρὸν τοῦτον, ἀλλ' ὅσον ἂν δοκῇ καλῶς ἔχειν· ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλοις· τοὺς δ' ἄλλους ξένους εἶναι κελεύω. καὶ μετὰ τούτων ἱππέας διακοσίους· καὶ τού-

probrant. Vid. III, 14. *Lucchesin.* existimat, cladem Syracusanam et naufragium duce Charete acceptum oratoris menti obversata fuisse. — *ἐπὶ τῷ πράττειν*, si res eo devenerit, ut eam *perficiatis*, nihil *agitis;* de discrimine horum vocabulorum cfr. ad III, 15 et de usu praepos. *ἐπὶ* XIV, 7: *δίκαια φρονεῖν ἐπὶ ταύτῃ τῇ προαιρέσει.* Omnino autem verba *ἅπαντ' ἐλάττω* usque ad *ποιεῖτε* separavi, ne quis *ποιεῖτε* et *προστίθετε* eodem contineri censeat modo, nam alterum respondet superiori *μὴ ποιήσετε.* Enunciatum *ἀλλὰ τὰ μικρὰ κτλ.* tum refertur ad *οὐδὲ τὰ μικρὰ ποιεῖτε* tum ad *ὅπως μὴ ποιήσετε — προστίθετε.* Et hoc anacoluthiae genus ex animi fervore quodam enatum, de quo vid. Stallbaum ad Plat. Sympos. p. 218 A.

§ 21. *λέγω δὴ*, partic. *δή* utuntur Graeci ad rem aliquam, quae jam tractata est, repetendam et amplificandam, I, 17. II, 23. Stallb. ad Plat. Phileb. p. 105 et Apol. S. p. 31. Hartung gr. Part. I. p. 261. *στρατιώτας*, quoniam equites opponuntur, refer ad pedites. Lat. exercitus et equitatus. — *ἐξ ἧς ἄν τινος*, juvenes Athen. anno XVIII ex ephebis excedebant et per biennium *περίπολοι* erant, i. e. terram Atticam perlustrabant et in castellis versabantur. Vid. Harpocr. s. v. *περίπολος*, Aesch. II, 167. Hoc tempore peracto justam militiam per XL annos subibant. Ad verba *μὴ μακρὸν τοῦτον* Schaef. haec: „vide quam leni passu oratori incedendum sit, ut Atheniensibus, *τοῖς πάλαι ποτ' ἀλκίμοις*, rem longe invisissimam probet." — *ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλοις*, ita, ut alteri alteros excipiant. Aesch. II, 168: *τὰς ἐκ διαδοχῆς ἐξόδους* (exitus in castra, qui per vices obtingebant) *ἐξῆλθον.* De usu dat. cum substantivis vid. Matth. Gr. § 389, 3. Schaef. mel. cr. p. 17. Accedit, quod ipsa vox *διαδέχεσθαι*, ut *ἕπεσθαι*, dativum sibi adjunctum habet. Eurip. Hec. 584 *διάδοχος κακῶν κακοῖς.* Vid. ad I, 22. Similiter Caes. b. c. I, 5.: Caesar Ravennae expectabat *suis lenissimis postulatis responsa.* — *ξένους*, in militia Atheniensi, notante Tourell., omnes extra Atticam nati pro peregrinis habebantur. Opponuntur *τοῖς πολίταις*: illorum maxime erat, naves conscendere. — *ὅμο-*

των πεντήκοντα Ἀθηναίους τοὐλάχιστον, ὥσπερ τους πεζοὺς, τὸν αὐτὸν τρόπον στρατευομένους· καὶ ἱππαγωγοὺς τούτοις. εἶεν· τί πρὸς τούτοις ἔτι; τα- 22
χείας τριήρεις δέκα· δεῖ γὰρ, ἔχοντος ἐκείνου ναυτικὸν, καὶ ταχειῶν τριήρων ἡμῖν, ὅπως ἀσφαλῶς ἡ δύναμις πλέῃ. πόθεν δὴ τούτοις ἡ τροφη γενήσεται; ἐγὼ καὶ τοῦτο φράσω καὶ δείξω, ἐπειδὰν, διότι τηλικαύτην ἀποχρῆν οἶομαι τὴν δύναμιν καὶ πολίτας τοὺς στρατευομένους εἶναι κελεύω, διδάξω.

Τοσαύτην μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δια ταῦ- 23
τα, ὅτι οὐκ ἔνι νῦν ἡμῖν πορίσασθαι δύναμιν την ἐκείνῳ παραταξομένην, ἀλλὰ λῃστεύειν ἀνάγκη καὶ

§ 22, 6. ἀποχρῆν] ἀποχρῶν *Bkk.* 1816, 24 *et* 25, *vid. ad* § 42.

κοσίους, „das Verhältniss der Reiter zum Fussvolke ist bei den Hellenen wie eins zu zehn.“ *Boeckh* Staatsh. I. p. 283. — ὥσπερ — τὸν αὐτὸν τρ., de hac structura dixi ad I, 15 et Phil. III, 33. — ἱππαγωγ., vid. huj. or. § 16.

§ 22. εἶεν, schol. haec: λῆξις τῶν πρώτων, ἀρχὴ δὲ τῶν μελλόντων, *haec de his.* Dem. XIX, 6. XX, 22. Bekk. Anecd. p. 243. Funkh. ad Androt. § 14. Stallbaum ad Plat. Eutyph. p. 88. Reisig ad S. Oed. C. 1303. — ταχειῶν τριήρ. schol. ad Thucyd. VIII, 43 explic. πρὸς τὴν ναυμαχίαν ἐπιτήδειοι, quam interpret. seqq. comprobant. Perpetua est accentus varietas in opt. codd. Et τριήρων et τριηρῶν scribi testantur Bekk. Anecd. p. 1006 et 1263. H. l. libri meliores alterum praebent, at analogiae cessi cum Buttm. a. Gr. in Add. ad p. 185 et Goettling. de accent. p. 257. De Philippi rebus maritimis vid. VII, 16. Ceterum hoc addidit, quum mirum videri posset, quod, cum XIV, 18 magnam imperasset militum et navium copiam, in tantulo numero jam acquiescendum putaret. — πολίτας, sc. non ξένους.

§ 23. τοσαύτην habet h. l. vim diminuendi, nonnisi has, tantulas. Xen. Cyr. I, 4, 12: ἣν δὲ τοσοῦτον ἐπιδιδῶ. Anab. I, 3, 15. Ita § 22 τηλικαύτην, cfr. Cic. Manil. §. 14: ceterarum provinciarum vectigalia tanta sunt, ut — iis contenti esse possimus. Vid. Matth. ad h. l. — παρατάξομ., Hesych. ad παρατάξεται habet ἐν πολέμῳ ἀνθίσταται. In multis locis Xenoph. (Cyr. 6, 4, 5. Anab. 4, 8, 7) haec vox de re militari dicitur: *in acie stare.* — λῃστεύειν, non positis castris, sed per insidias adgredi hostem, ut nos: *den kleinen Krieg*

τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῦ πολέμου χρῆσθαι τὴν πρώτην· οὐ τοίνυν ὑπέρογκον αὐτὴν (οὐ γάρ ἐστι μισθος οὐδὲ τροφὴ) οὐδὲ παντελῶς ταπεινὴν εἶναι δεῖ. πολίτας δὲ παρεῖναι καὶ συμπλεῖν διὰ ταῦτα κελεύω, ὅτι καὶ πρότερόν ποτ' ἀκούω ξενικὸν τρέφειν ἐν Κορίνθῳ τὴν πόλιν, οὗ Πολύστρατος ἡγεῖτο καὶ Ἰφικράτης καὶ Χαβρίας καὶ ἄλλοι τινές, καὶ αὐτοὺς ὑμᾶς συστρατεύεσθαι· καὶ οἶδα ἀκούων, ὅτι Λακεδαιμονίους παραταττόμενοι μεθ' ὑμῶν ἐνί-
24 κων οὗτοι οἱ ξένοι καὶ ὑμεῖς μετ' ἐκείνων. ἐξ οὗ δ' αὐτα καθ' αὑτὰ τὰ ξενικὰ ὑμῖν στρατεύεται, τοὺς

§ 23, 5. *ὑπέρογκον Σ, οὔθ' ὑπέρογκον Vulg.* — 9. *Πολύστρατος*] *πολὺς στρατὸς pr Σ.* — 11. *αὐτοὺς ὑμᾶς Σ, ὑμᾶς αὐτοὺς Vulg.* — § 24. 2. *τὰ ξενικὰ*] *τὰ a m. antiq. in Σ superscr. ap. Dindf.*

führen. — *τὴν πρώτην* ut *τὴν ταχίστην* II, 3. — *οὐ γάρ ἐστι* sc. ad magnas copias alendas. — *πρότερον*, Demosthenes ostensurus rem non mercenariis esse relinquendam, sed ipsos cives adsciscendos, eos, qui belli Corinthiaci memoriam repetentes sententiam oratoris improbent, eo refellit, quod illi mercenarii una cum civibus hostes fuderint. Nimirum quum Ol. 96, 3 (394), Agesilao in Asiam profecto, Thebani, Corinthii et Athenienses foedus contra Spartanos iniissent, Corinthus *κοινὸν συνέδριον* fuit, quo socii copias colligerent, unde dictum est bellum Corinthiacum. In quo quanquam Lacedaemonii initio rem bene gerebant (Xen. Hell. IV, 2, 13. Diod. Sic. XIV, 82. Harpocr. s. *ξεν. ἐν Κορ.*), tamen Iphicrates cum exercitu mercenariorum (*ξενικὸν*) bene expeditorum Ol. 96, 4 Lacedaemonios prorsus devicit. Xen. Hell. IV, 4. 14 ibique Schneider. Nep. Iphicr. 2. Aristoph. Plut. 173 *τὸ δ' ἐν Κορίνθῳ οὐχ οὕτος τρέφει*; ibique schol. Morus ad Isocr. Paneg. § 142. Wachsmuth I. p. 272. Plass Gesch. Griechenl. III. p. 547. Winiewsk. p. 20 sq. Cfr. Dem. III, 20. Polystrati nomen quod fuerunt qui mutarent (Phot. Lex. p. 441, 15 in *Πολύτροπον*), satis tuetur Dem. XX, 84 et Wolf ad Lept. 302 sq. Diod. S. XIV, 92 narrat imperium illius belli ab Iphicrate delatum esse ad Chabriam; assentitur Phot. p. 308, 14 ed. Pors. Sequentibus annis Callias, Callistratus (*ἄλλοι τινές*) huic bello praefuerunt, quod pace ista Antalcidae Ol. 98, 2 (387) demum profligatum est. — *τρέφειν* infin. impf., Matth. § 499.

§ 24. *ἐξ οὗ*, Diod. S. XV, 95 auctor est, Charetem (vid. ad III,

φίλους νικᾷ καὶ τοὺς συμμάχους, οἱ δ' ἐχθροὶ μείζους τοῦ δέοντος γεγόνασιν. καὶ παρακύψαντα ἐπὶ τὸν τῆς πόλεως πόλεμον, πρὸς Ἀρτάβαζον καὶ πανταχοῖ μᾶλλον οἴχεται πλέοντα, ὁ δὲ στρατηγὸς ἀκολουθεῖ, εἰκότως· οὐ γάρ ἐστιν ἄρχειν μὴ διδόντα μισθόν. τί οὖν κελεύω; τὰς προφάσεις ἀφε- 25
λεῖν καὶ τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῶν στρατιωτῶν, μισθὸν πορίσαντας καὶ στρατιώτας οἰκείους, ὥσπερ ἐπόπτας τῶν στρατηγουμένων παρακαταστήσαντας, ἐπεὶ νῦν γε γέλως ἔσθ' ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασιν· εἰ γὰρ ἔροιτό τις ὑμᾶς, „εἰρήνην ἄγετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι;" „μὰ Δί' οὐχ ἡμεῖς γε, εἴποιτ' ἄν, ἀλλὰ Φιλίππῳ πολεμοῦμεν." οὐκ ἐχειροτονεῖτε 26

§ 24, 6. *πανταχοῖ Σ, πανταχοῦ Vulg.*

28), qui metuisset hostes et sociis injurias intulisset, Ol. 104, 4 in Corcyram navigasse ibique turbas excitavisse, sed Dem. huic homini parcit, quare etiam paullo infra dicit *εἰκότως*. Praeter hunc alii quoque videntur sua gessisse bella, II, 27. — *ὑμῖν*, dativo ethico, quem vocant, significatur, eam rem pertinere ad Athenienses, cfr. § 26. 34. Wessel. ad Herodot. VIII, 68. Schaefer. App. II. p. 248. Maetzner ad Lyc. p. 274 et ad Din. p. 92. — *οἱ δ' ἐχθροὶ*, „Philippus, Thebani, Chii, Rhodii" *Voem.* — *παρακύψαντα* dicuntur mercenarii, qui leviter et tumultuarie rebus defuncti erant. V. Orvill. ad Char. p. 307, qui nostrum locum explicat. De ipsa expedit. vid. ad § 19. Chares Ol. 106, 1 jussus, ut Byzantinos, Coos aliosque ad officium reduceret, se conjunxerat cum Artabazo, satrapa Persico. — *πανταχοῖ* et *πανταχοῦ* fere confundi docent Schaef. App. I. p. 543, Stallb. ad Plat. Eutyph. p. 95 et Maetzner ad Lyc. p. 131, vid. ad II, 8. Ipsa loca Dem. enumerat ibid. § 28. — *μισθὸν*, Diod. S. XVI, 22 refert, pergratum fuisse Atheniensibus, quod Artabazus ipsorum mercenariis stipendia erogavisset.

§ 25. *προφάσεις* sunt causae vanae, quibus duces, ut se defenderent, usi sunt. Dem. II, 29 eas vocat *ἀνάγκας*, quas illi praetexentes absolvebantur, vid. LIV, 17. — *ἐπόπτας τῶν στρατηγ.*, *inspectores rerum earum, quae a duce et militibus geruntur*, ita § 47 *μάρτυρ. τῶν στρατηγ.* In or. XIII, 8 *ἐποπτεύω* et *φυλάττω* conjuncta vides. Videtur illud vocabulum e re sacra petitum esse. — *γέλως ἔσθ'* i. q. *γελοῖον*, XIV, 27. XIX, 72. — *πολεμοῦμεν*, ut significaret, Athenienses ipsos nescire, quid ageretur, eos dicentes.

δὲ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν δέκα ταξιάρχους καὶ στρατηγοὺς καὶ φυλάρχους καὶ ἱππάρχους δύο; τί οὖν οὗτοι ποιοῦσιν; πλὴν ἑνὸς ἀνδρὸς, ὃν ἂν ἐκπέμψητε ἐπὶ τὸν πόλεμον, οἱ λοιποὶ τὰς πομπὰς πέμπουσιν ὑμῖν μετὰ τῶν ἱεροποιῶν· ὥσπερ γὰρ οἱ πλάττοντες τοὺς πηλίνους, εἰς τὴν ἀγορὰν χειροτονεῖτε τοὺς

facit, se gerere, quae non gerant, aut certe non magnopere curent. Alii ad initium belli Amphipolitani referunt.

§ 26. *ἐχειροτονεῖτε*, Athenienses rogati sententiam *manus sursum tendendo* eam significabant; altera suffragiorum ratio erat, ut calculos in amphoram conjicerent (*ψηφίζεσθαι*), sed *χειροτονία* frequentior. Vid. Schoemann de Comit. Ath. p. 122 sqq. et Antiq. jur. publ. p. 221. Orator utitur imperfecto respiciens rem factam, quae adhuc durat, ut non sit cur cum Schaef. et Funkh. Qu. Dem. p. VIII legas *χειροτονεῖτε*. Video, Frankium et Sauppium mecum sentire. — *ταξιάρχους — δύο*, decem electi erant *ταξίαρχοι* (centuriones), qui imperatoribus in delectu habendo adessent (Lys. XIII, 80), tribulibus suis praeessent, ordines instruerent, copias in proelium ducerent (*τάξις* continebat vel centum vel ducentos viros); totidem *στρατηγοὶ* erant copiis pedestribus praefecti. Decem *φύλαρχοι* (tribuni equitum) equitibus singularum tribuum, duo *ἵππαρχοι* (magistri equitum) toti equitatui praeerant. Vid. Pollux I, 128. Sigon. Rep. Ath. IV, 5. Bekk. Anecd. I, 266 et 313. Schoemann Com. Ath. p. 313 sqq. et Antiq. j. publ. p. 251. Hermann Staatsalterth. §. 152. Hipparchia continebat 512 equites. — *ὃν ἂν ἐκπ., quem miseritis.* — *τὰς πομπὰς — ἱεροποιῶν, ἱεροποιοὶ* erant sacrificuli, numero decem, qui sacris faciendis operantes cum haruspicibus hostiarum signa explorabant, ne quid hi mala fide agerent, et sacra quinquennalia administrabant praeter Panathenaica. Dem. XXI, 171: *ἐχειροτονήσατε ἵππαρχον, ὀχεῖσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς ταῖς πομπαῖς οὐ δυνάμενον, καὶ μυστηρίων ἐπιμελητὴν καὶ ἱεροποιόν ποτε καὶ βοώνην*, ubi vid. Buttm. et Ulpian. p. 367 ed. Wolf. Boeckh Staatsh. I. p. 231. Wachsmuth II. p. 615. Ab sacrificulis *πομπαὶ* i. e. ornatae virorum et mulierum turbae ad mysteria Eleusinia et Dionysiaca deducebantur. Bekk. Anecd. I. p. 265 et Meinecke in Men. et Philem. Reliq. p. 275. — *οἱ πλάττοντες τοὺς πηλίν.*, qui e luto dolia fictilia et pupas seu imagunculas efficiunt (*ὀργάζειν τὸν πηλὸν*) et in foro exponunt. A. W. Becker Charikles I. p. 32. Nam *οἱ πήλινοι* sunt *imagunculae*, cf. Pollux VII, 164 ibique interpp. Schol. ita: *οἱ τὰ πήλινα προτίθενται.* Beno-*Jacobs:* Puppenmacher. Hi vocabantur *κορόπλαθοι.* Poll. X, 189 et interpp. De notissima ellipsi verbi *ποιοῦσι* vid. ad § 34. — *εἰς τὴν ἀγο-*

ταξιάρχους καὶ τους φυλάρχους, οὐκ ἐπὶ τὸν πόλεμον. οὐ γὰρ ἐχρῆν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τα- 27
ξιάρχους παρ' ὑμῶν, ἱππάρχους παρ' ὑμῶν ἄρχοντας οἰκείους εἶναι, ἵν' ἦν ὡς ἀληθῶς τῆς πόλεως ἡ δύναμις; ἀλλ' εἰς μὲν Λῆμνον τὸν παρ' ὑμῶν ἵππαρχον δεῖ πλεῖν, τῶν δ' ὑπὲρ τῶν τῆς πόλεως κτημάτων ἀγωνιζομένων Μενέλαον ἱππαρχεῖν· καὶ οὐ

§ 27, 2. ἱππάρχους] ἵππαρχον Σ Tur. Frank.

ρᾶν, pompae, ut apud nos, per forum ducebantur, ut omnes spectare possent.

§ 27. οὐ γὰρ ἐχρῆν, nonne oportebat praetores vestros *domesticos* esse i. e. qui ad civitatem pertinerent, ut revera huic prodessent? Vid. ad § 19. De omisso ἄν disputarunt Herm. d. p. ἄν p. 58 sq. Buttm. p. 139, 3 et ipse ad Phil. III. § 6. — ἱππάρχους, quanquam Sauppius in ep. ad Herm. p. 40 docens alterum hipparchorum propter solennes pompas Athenis abesse non potuisse, lectionem ἵππαρχον recepit, tamen, quum Dem. supra dixisset ἱππάρχους δύο, eundem numerum repetit, unum illorum cogitans, penes quem rei equestris summa erat. Nonne aliás τὸν ἵππαρχον exspectaveris? Accedit auctoritas Hermogenis, qui III. p. 285 et 299, et Anon. VIII. p. 640 et 648 Wz. vulgatam servavit, eandem nuper Dindf. retinuit. Neque idem Vir doctissimus mihi persuasit ante ἄρχοντας distinguendum esse. — ἵν' ἦν, partic. ἵνα cum imperf. aut aor. indic. struitur, si qua res non talis facta est, qualem, conditione proposita, exspectaveras. Plat. Crit. p. 44 D ἵνα οἷοί τε ἦσαν, Stallb. ad Symp. p. 181 E. Matth. § 519, 6. Rost §. 186 3, b. — ἀλλ' εἰς μὲν Λῆμνον, partic. ἀλλὰ est respondentis cum irrisione quadam et objectione, *at nimirum*, nos *aber freilich*. Maetzner ad Lyc. p. 304. „Lemnum quotannis lustratam eosque dies magno et splendido apparatu celebratos esse narrat Philostr. Heroic. XIX, 44.“ *Saupp.* ep. ad Herm. p. 41. Cum eodem post ἱππάρχειν colo interpunxi, omnes edd. sign. interr. fecere, quod alienum est ab h. l. De colonis Atheniensium Lemnum missis exposuit Freese in Jahn Arch. f. Phil. XII, 1. p. 155 sq. — τῶν δ' ὑπὲρ τῶν, fortasse referendum est huc § 25 πολεμοῦμεν. Lucchesinium, qui proelium ad Thermopylas (Ol. 107, 1) factum intelligi vult, refutavit Boehnecke p. 246 sq. ostendens, Menelaum videri paullo ante Ol. 108, 1 stipendia apud Athenienses meruisse. Etenim hic Menelaus, auctore Harpocrat. s. v. et Phot. Lex. p. 258, 4, Philippi fuit frater ex altero

τον ἄνδρα μεμφόμενος ταῦτα λέγω, ἀλλ' ὑφ' ὑμῶν ἔδει κεχειροτονημένον εἶναι τοῦτον, ὅστις ἂν ᾖ.

28 Ἴσως δὲ ταῦτα μὲν ὀρθῶς ἡγεῖσθε λέγεσθαι, τὸ δὲ τῶν χρημάτων, πόσα καὶ πόθεν ἔσται, μάλιστα ποθεῖτε ἀκοῦσαι· τοῦτο δὴ καὶ περαίνω. χρήματα τοίνυν, ἔστι μὲν ἡ τροφὴ, σιτηρέσιον μόνον, τῇ δυνάμει ταύτῃ τάλαντα ἐνενήκοντα καὶ μικρόν τι πρός: δέκα μὲν ναυσὶ ταχείαις τετταράκοντα τάλαντα, εἴκοσιν εἰς τὴν ναῦν μναῖ τοῦ 48
μηνὸς ἑκάστου, στρατιώταις δὲ δισχιλίοις τοσαῦθ' ἕτερα, ἵνα δέκα τοῦ μηνὸς ὁ στρατιώτης δραχμὰς σιτηρέσιον λαμβάνῃ, τοῖς δ' ἱππεῦσι διακοσίοις οὖσιν, ἐὰν τριάκοντα δραχμὰς ἕκαστος λαμβάνῃ

§ 28, 3. περαίνω Σ Bk. 1824 et 35. Tur. Frank. Voem., περανῶ Vulg. Bk. 1816 et 25. Dindf. — 4. σιτηρέσιον μόνον Σ. Vulg. et Bk. 1816 interpon. τοῖς στρατευομένοις. Frank. etiam μόνον om. Vid. adn. — 5. ἐνενήκοντα Σ, Vulg. ἐννενήκοντα.

conjugio natus. — ὑφ' ὑμῶν, publica enim auctoritate (ἐν τῇ πνυκὶ) debuit is electus esse, qui rebus gerendis praeesset. „Ab Atheniensibus non poterat χειροτονεῖσθαι, nisi qui ipse esset Atheniensis.“ *Schaef.*

§ 28. τὸ τῶν χρημ., vid. ad § 12. Post ἀκοῦσαι Frankius signum interr. fecit, rectius colon. — περαίνω, *continuo tenore persequor*, XIX, 245 ἰαμβεῖα συλλέξας ἐπέραινεν. — Nominativus χρήματα explicatur per seqq. τροφὴ, σιτηρέσιον. Cfr. Matth. § 428, 5. Quamobrem σιτηρέσιον μόνον commatis separavi, hoc signum delens post ταύτῃ. Schaefer. probavit et Sauppius adscivit. Bekkerus distinxit post ταύτῃ eumque Dindf. Tur. et Frank. sequuti sunt, qui erravit existimans μόνον deesse in Σ. Voemelius ἡ τροφὴ — ταύτῃ parenthesi inclusit. — De usu adverbiali praepos. πρὸς ex multis exemplis unum adferam XXII, 60: εἰσέπραξε — δραχμὰς ἑβδομήκοντα καὶ μικρόν τι πρός. — καὶ μικρόν, „duo puta talenta; nam 40 tal. pro navibus, alia 40 pro pedite, denique 12 pro equite conficiunt 92 tal.“ *Reisk.* — μναῖ, 60 min. = tal., 20 min. × 12 (mens.) × 10 (nav.) = 2400 min. i. e. 40 tal. — ἕτερα, totidem diversa a prioribus. Cfr. XXIII, 74 et Weber. p. 268. — δραχμὰς, 1 dr. = 6 obol., 100 drachm. = min. Jam 10 (dr.) × 2000 (milit.) = 20,000 (dr.) × 12 (mens.) = 240,000 (dr.): 100 = 2400 min. i. e. 40 tal. — τριάκοντα, 30 (dr.)

τοῦ μηνός, δώδεκα τάλαντα. εἰ δέ τις οἴεται 29
μικρὰν ἀφορμὴν εἶναι, σιτηρέσιον τοῖς στρατευομένοις ὑπάρχειν, οὐκ ὀρθῶς ἔγνωκεν· ἐγὼ γὰρ οἶδα σαφῶς, ὅτι, τοῦτ' ἂν γένηται, προσποριεῖ τὰ λοιπὰ αὐτὸ τὸ στράτευμα ἀπὸ τοῦ πολέμου, οὐδένα τῶν Ἑλλήνων ἀδικοῦν οὐδὲ τῶν συμμάχων, ὥστ' ἔχειν μισθὸν ἐντελῆ. ἐγὼ συμπλέων ἐθελοντὴς πάρχειν ὁτιοῦν ἕτοιμος, ἐὰν μὴ ταῦθ' οὕτως ἔχῃ. πόθεν οὖν ὁ πόρος τῶν χρημάτων, ἃ παρ' ὑμῶν κελεύω γενέσθαι, τοῦτ' ἤδη λέξω.

ΠΟΡΟΥ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ.

Ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδυνήμε- 30

§ 29, 2. ἀφορμὴν εἶναι Σ, ἀφορμὴν Bk. Voem. 1829. Dindf. 1825. — 4. προσποριεῖ Σ et Vulg., προσποριεῖται ex aliquot codd. Bk. 1816 et 25. — 9. γενέσθαι Σ, γενήσεται Vulg.

× 200 (equit.) × 12 (mens.) = 72,000 (dr.): 100 = 720 (min.) i. e. 12 tal. Cfr. Tayl. Ann. p. 117. Vid. ad § 29.

§ 29. εἰ δέ τις οἴεται, „si quis vero putat commeatum dari parvo esse subsidio militantibus." *Voem.* — σιτηρέσιον, non τὸ σιτηρέσιον positum, quia Dem. non de eo commeatu, quem modo per partes descripsit, sed in universum loquitur. — προσποριεῖ, *comparabit*, exspectaveris προσποριεῖται, at cfr. II, 16: ὅσ' ἂν πορίσωσιν οὕτως ἂν δύνωνται, ταῦτ' ἔχοντες διαθέσθαι. Saupp. laudat locum gemellum Isocr. XV, 113: Ποτίδαιαν — εἷλεν ἀπὸ τῶν χρημάτων ὧν αὐτὸς ἐπόρισεν. — ἀπὸ τοῦ πολ., vid. ad I, 22. — μισθὸν ἐντελῆ, „stipendium, μισθόν, varium variis temporibus accipiebant; praeter frumentum et cibaria, σιτηρέσιον, miles gravis armaturae binos in diem obolos; eques plerumque triplum [drachm.]; duces duplum; imperator quadruplum; classiarius quaternos obolos." *Voem.* Cfr. Boeckh. I. p. 293. Wachsmuth II. p. 322. — ἐγὼ συμπλέων, constat, Demosthenem asyndetis studere, ut lectio κἀγὼ damnanda sit; vid. § 40. III, 18. 20. IX, 68. Nostram lectionem confirmat Hermog. III. p. 341. Walz. — ἕτοιμος sc. εἰμί, cfr. § 34 IX, 4: εἰ ἃ συμφέρει ἐθελήσετε ἀκούειν, ἕτοιμος λέγειν. Mox πόθεν sc. ἔσται, ut III, 25 ὁποῖοι sc. ἦσαν. Vid. Bos. Ellips. p. 605. Weber ad Dem. Aristocr. p. 531.

§ 30. ΠΟΡΟΥ ΑΠΟΔ. „Talentis 92 opus fore dixit: quae, uti probabile est, populus conquiri jussit a quaestoribus, qui ratione inita

θα εὑρεῖν, ταῦτά ἐστιν· ἐπειδὰν δ' ἐπιχειροτονῆτε τὰς γνώμας, ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ χειροτονήσετε, ἵνα μὴ μόνον ἐν τοῖς ψηφίσμασι καὶ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς 31 πολεμῆτε Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις. δοκεῖτε δέ μοι πολὺ βέλτιον ἂν περὶ τοῦ πολέμου καὶ ὅλης τῆς παρασκευῆς βουλεύσασθαι, εἰ τὸν τύπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῆς χώρας, πρὸς ἣν πολεμεῖτε, ἐνθυμηθείητε, καὶ λογίσαισθε ὅτι τοῖς πνεύμασι καὶ ταῖς ὥραις τοῦ ἔτους τὰ πολλὰ προλαμβάνων δια-

§ **30**, 3. ἃ ἂν] ἐν *Tur.*, ἂν *Voem.* 1843. — *ibid.* χειροτονήσετε *Σ* (*supersc.* α *ap. Dindf.*), χειροτονήσατε *Bk. Dindf. Voem.* 1829. — 4. ἐν τοῖς *Σ*, [ἐν] τοῖς *Bk.* 1824, τοῖς *Bk.* 1816, 25 et 35. *Dindf. Voem.* 1829. — *ibid.* ἐν ταῖς *Σ*, ταῖς *Bk. Dindf. Voem.* 1829. — § **31**, 3. τὸν *om. Σ.* — 4. πολεμεῖτε *Σ*, πολεμήσετε *Vulg.*

exposuerunt, unde ea pecunia petenda esset. Catalogus autem de scripto hic recitatus praetermissus est, ut et leges et decreta et testimonia complura" *Wolf.* Recte A. G. Becker refutat Augerium, qui τὴν ἀπόδειξιν ab alio quodam recitari putaverat. De hac orationis nostrae parte vid. Prolegg. § 3. — ἃ μὲν ἡμεῖς, Dem. eos quoque complectitur, quos ea in re in consilium vocaverat. Idem statuit Seebeck in Z. f. A. 1838 p. 769. Si vulgo post μὲν inseritur οὖν, haec particula non magis hic ferenda est quam initio § 38. Saepe quidem habes μὲν οὖν (§ 10. 15. VI, 28), sed horum locorum alia est ratio. — ἐπιχειρ. τὰς γνώμας, *quando de sententiis suffragia feretis*, XVIII, 248. — ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ χειροτονήσετε, quaecunque vobis placuerint, eligetis: quod si feceritis, fiet ut non solum etc. „Retinet ἵνα propriam vim, id quod efficitur significans." *Funkh.* Qu. Dem. p. 16. Schaefer. et Jacobs. pro χειροτονήσετε legi volunt ποιήσατε. Auger. cum Reiskio correxit χειροτονήσαντες ποιήσατε. Bremius emphatice dictum putat: quae vobis cum certa animi persuasione placuerint et certo consilio ea efficiendi. Sauppius, qui sine libris ἃ omisit, ita: si vobis sententia mea placuerit, eam, quum suffragia feretis, sequimini. At nulla mutatione opus est, si quis rationem a me aliisque initam amplectitur. De usu futuri loco imperativi vid. IX, 70. Funkh. Obss. in Phil. III. p. 2. Matth. p. 941. Rost § 151, 8. Wolf. ad Lept. p. 300. — ἐπιστολαῖς i. q. ἐπιστολιμαίῳ δυνάμει § 19.

§ 31. τόπον i. e. τοποθεσίαν τῆς χώρας, *situm*, XXIII, 182: ὥσπερ γὰρ Χαλκὶς τῷ τόπῳ τῆς Βοιωτίας κεῖται. at § 32 est *tractus regionis*, ut XX, 60 ὁ περὶ Θρᾴκην τόπος. — τὰ πολλὰ πρόλ. διαφ-

πράττεται Φίλιππος καὶ φυλάξας τοὺς ἐτησίας ἢ τὸν χειμῶνα ἐπιχειρεῖ, ἡνίκ' ἂν ἡμεῖς μὴ δυναίμεθα ἐκεῖσε ἀφικέσθαι. δεῖ τοίνυν ταῦτ' ἐνθυ- 32
μουμένους μὴ βοηθείαις πολεμεῖν — ὑστεριοῦμεν γὰρ ἁπάντων — , ἀλλὰ παρασκευῇ συνεχεῖ καὶ δυνάμει. ὑπάρχει δ' ὑμῖν χειμαδίῳ μὲν χρῆσθαι τῇ δυνάμει Λήμνῳ καὶ Θάσῳ καὶ Σκιάθῳ καὶ ταῖς ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ νήσοις, ἐν αἷς καὶ λιμένες καὶ σῖτος καὶ ἃ χρὴ στρατεύματι, πάνθ' ὑπάρχει. τὴν δ' ὥραν τοῦ ἔτους, ὅτε καὶ πρὸς τῇ γῇ γενέσθαι ῥᾴδιον καὶ τὸ τῶν πνευμάτων ἀσφαλές, πρὸς αὐτῇ

§ **31**, 8. *δυναίμεθα Σ, δυνώμεθα Vulg.* — § **32**, 1. *τοίνυν Σ, τοιγυν ἡμᾶς Bk.* 1816 *et* 25 *cum Vulg.*

praeripit (cfr. § 14. II, 9. VIII, 3) multa i. e. fere omnia. Noster XXXII,17: *τί ἂν τὰ πολλὰ λέγοι τις; διαπράττεται* is, qui magna rerum gerendarum cupiditate ductus, quidquid potest vel fallaci modo in suam redigit potestatem. II, 16. III, 14. Thuc. I, 31, ubi schol. explicat *χρήμασι καὶ λόγοις*, in utramque partem dicitur. — *ἐτησ. ἢ χειμ.* vid. Arg. Lib. § 2 ibique dicta. Orator monet, et aestate et hieme — in qua ipsa venti septentrionales plerumque regnant — navigationem esse periculosam. — *ἡνίκ' ἄν — δυναίμεθα.* Vulgo *δυνώμεθα.* Sed *ἡνίκ' ἄν* c. conj. est: *si quando* (*er greift an, so oft wir nicht können*), I, 3 *ἡνίκ' ἂν τύχῃ.* Sed *ἡνίκ' ἂν δυναίμεθα eo tempore, quo* putat nos illuc pervenire non posse. Xen. Oec. 11, 14: *ἀνίσταθαι εἴθισμαι, ἡνίκ' ἂν ἔτι ἔνδον καταλαμβάνοιμι.*

§ 32. *βοήθειαι*, copiae, quae, si quando usus est, coguntur, postea dimittuntur; in Bekk. Anecd. I. p. 222 *βοηθεῖν* ita explicatur: *τὸ ἅμα τῷ πυθέσθαι τὴν ἔφοδον τῶν πολεμίων ἐκβραμεῖν κατ' αὐτῶν.* Cfr. VIII, 47: *οὐ γὰρ ἔστι βοηθείαις χρωμένους οὐδέποτ' οὐδὲν τῶν δεόντων πρᾶξαι.* — *ἁπάντων* i. e. negligemus omnes occasiones, cfr. § 35. 38. — *ὑπάρχει — τῇ δυνάμει*, licet vobis uti Lemno etc., quo vestrae copiae hiement. IX, 52: *πολλὰ φύσει πλευνεκτήμαθ' ἡμῖν ὑπάρχει.* Insulae illae circa Thraciam in mari Aegeo sitae et Atheniensibus subditae erant. De Sciatho exposui in com. hist. ad Dem. Chers. § 52 (Vol. II. p. 166). De hodierno statu vid. Fiedler Reise durch Griechenl. Lpz. 1841. Init. Vol. II et Ross Reisen durch die griech. Inseln p. 54. Ad *ἃ χρὴ* Schaeferus *ὑπάρχειν* suppleri jubet, nisi quis *χρὴ* eodem modo cum dativo strui putat, quo *δεῖ* § 22, cfr. Matth. § 391, 2. — *πρὸς αὐτῇ — ἔσται*, Reiskius et Bremius hunc locum corruptum

τῇ χώρᾳ καὶ πρὸς τοῖς τῶν ἐμπορίων στόμασι ῥᾳδίως ἔσται.

33 Ἃ μὲν οὖν χρήσεται καὶ πότε τῇ δυνάμει, παρὰ τὸν καιρὸν ὁ τούτων κύριος καταστὰς ὑφ' ὑμῶν βουλεύσεται· ἃ δ' ὑπάρξαι δεῖ παρ' ὑμῶν, ταῦτ' ἐστὶν ἃ ἐγὼ γέγραφα. ἂν ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πορίσητε τὰ χρήματα πρῶτον ἃ λέγω, εἶτα καὶ τἆλλα παρασκευάσαντες, τοὺς στρατιώτας, τὰς τριήρεις, τοὺς ἱππέας, ἐντελῆ πᾶσαν τὴν δύναμιν, νόμῳ κατακλείσητε ἐπὶ τῷ πολέμῳ μένειν, τῶν μὲν χρημάτων αὐτοὶ ταμίαι καὶ πορισταὶ γιγνόμενοι, τῶν δὲ

§ 33, 3. ἃ *om. Σ.* — 4. ἃ ἐγὼ] *Dindf.* 1846 ἃγὼ.

esse censent, Forbiger in progr. (Lips. 1822) p. 14 sq. post ῥᾳδίως ἔσται suspicatur excidisse ἀναμένειν „tempus navigationi opportunum prope ad terram et ad emporia maritima facile exspectare.“ Bekkerus: „ἔσται. Imo εἴσεσθε.“ At locus hic ita expedietur. Ad ἔσται intellige ἡ δύναμις, ut § 19, quae vox ex omni nexu repetenda est. Jam quum πρὸς c. dat. summam exprimat vicinitatem (I, 24. VIII, 11 πρότερος πρὸς τοῖς πράγμασι γίγνεσθαι), sensus erit: *eo tempore, quo a ventis nihil timendum est, classis in ipsa regione erit et stationem habebit in emporiis.* Nam haec ut clauderentur, Philippi plurimum interfuit, cfr. II, 16. Ratio nostra Schaefero, et Janio in Z. f. Alterth. 1845 Nr. 101 placet.

§ 33. ἃ μὲν οὖν χρήσεται, Graeci dicunt τί χρήσομαι αὐτῷ; quid ea re faciam? VIII, 74 τί χρήσεσθε; sc. Θηβαίοις. Plat. Crit. p. 45 B: οὐκ ἂν ἔχοις ὅτι χρῷο σαυτῷ ibique Stallb. Thuc. VII, 85: ἑαυτῷ χρῆσθαι ἐκέλευεν (Nicias) ἐκεῖνόν τε καὶ Λακεδαιμονίους ὅτι βούλονται. Vid. Duck. ad h. l.; ad χρήσεται cogitando addas ὁ τούτων κύριος. Sensus h. l.: quemadmodum et quando utatur copiis. — παρὰ τὸν καιρὸν nach den Zeitumständen, cfr. ad § 11. — ἂν ταῦτα, de asyndeto vid. ad § 29 et strue ita: ἂν πρῶτον πορ. ἃ λέγω (τὴν ἀπόδειξιν τοῦ πόρου), εἶτα καὶ παρασκευάσαντες — ἐντελῆ πᾶσαν τὴν δύναμιν (omnes copias ut nihil desit), νόμῳ κατακλείσητε. Interpunxi cum Turic. post δύναμιν. Ceterum Bremius et A. G. Becker in not. p. 79 recte hoc loco in suam rem usi sunt, demonstrantes, hanc orationis partem cum priore cohaerere, in cujus § 28 copias illas enumeraverat. Vide Prolegomena § 3. — αὐτοὶ — γιγνόμ., ut *ipsi* (Herm. ad Vig. p. 733) Athenienses sint ταμίαι, quaestores, qui, numero decem, sacram et publicam pecuniam custodiebant (vid. Harpocrat.), pro-

πράξεων παρὰ τοῦ στρατηγοῦ τὸν λόγον ζητοῦντες, παύσεσθ' ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν βουλευόμενοι καὶ πλέον οὐδὲν ποιοῦντες, καὶ ἔτι πρὸς τούτῳ πρῶτον μὲν, ὦ 34 ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν μέγιστον τῶν ἐκείνου πόρων ἀφαιρήσεσθε. ἔστι δ' οὗτος τίς; ἀπὸ τῶν ὑμετέρων ὑμῖν πολεμεῖ συμμάχων, ἄγων καὶ φέρων τοὺς πλέοντας τὴν θάλατταν. ἔπειτα τί πρὸς τούτῳ; τοῦ πάσχειν αὐτοὶ κακῶς ἔξω γενήσεσθε· οὐχ ὥσπερ τὸν παρελθόντα χρόνον εἰς Λῆμνον καὶ Ἴμβρον ἐμβαλων αἰχμαλώτους πολίτας ὑμετέρους ᾤχετ' ἔχων, προς τῷ Γεραιστῷ τὰ πλοῖα συλλαβὼν ἀμύθητα χρήματ'

§ 34, 1. τούτῳ Σ, τούτοις *Vulg.* — 8. ἔχων Σ, ἄγων *Vulg.* — *ibid.* πρὸς Σ, καὶ πρὸς *Vulg.*

ptores suadet, quod, docente Tourello, imperatores militaris pecuniae et conquirendae et distribuendae munus nacti fuerant. Boeckh. I. p. 171. Hermann Staatsalt. § 153. — πορισταὶ i. e. οἱ τοὺς πόρους ζητοῦσι. Antiph. IV, 49. Boeckh I. p. 179. Wachsmuth I. p. 655. *Suppeditare* quanquam prius fit quam *dispensare*, tamen talia discrimina in notionibus arcte conjunctis minus curantur. Eadem fere fieri jubet II, 27.

§ 34. συμμάχων, videtur Dem. ipsos illarum insularum (§ 32) incolas intelligere, quos Philippus (ἐκεῖνος) in mercatura exercenda interceperat. — ἄγων καὶ φέρων dicitur et de regionibus, quae vastantur, et de incolis, qui spoliantur. Vid. Hom. Il. V, 484. Herodt. I, 88. Ammonio auctore ἄγεται μὲν τὰ ἔμψυχα, φέρεται δὲ τὰ ἄψυχα. Hesych. λῃστεύειν καὶ ἁρπάζειν. Cfr. Suid. s. ἀγομένων. In Ammonii subtili discrimine non haerendum. Cfr. Dem. IX, 52. Lucian. Char. §. 15. Matth. §. 557. Latinorum est *rapere* et *trahere*, Liv. XXI, 13. — ἔξω γίγνεσθαι dicitur de iis, qui extra hostium aciem et jactum venerunt. — οὐχ ὥσπερ annectit sententiam integram, *non sicut* — *abduxit*, ita posthac faciet; vid. § 26. Plat Protag. p. 341 A. Gorg. p. 522 A. ibique Heind. Fritzsche Qu. Luc. p. 155. Matth. §. 629. Simile est XIX, 2: τὴν ἀειλογίαν ὁρῶ προτεινομένους, τουτονὶ δ' Αἰσχίνην πολὺ τἀναντία τούτου sc. ποιοῦντα. — Γεραιστῷ, Geraestus, promontorium Euboeae, ubi templum Neptuni celebre erat. Vulg. scrib. Γεραστῷ, sed illa scriptura obtinet Hom. Od. III, 177. Steph. Byz. s. h. v.; apud Etym. M. p. 722 utramque videbis. De ipsis incursionibus disputavi in Prolegg. § 3; videntur in Ol. 106, 2

ἐξέλεξε, τὰ τελευταῖα εἰς Μαραθῶνα ἀπέβη καὶ τὴν ἱερὰν ἀπὸ τῆς χώρας ᾤχετ' ἔχων τριήρη, ὑμεῖς δ' οὔτε ταῦτα δύνασθε κωλύειν οὔτ' εἰς τοὺς χρόνους, οὓς ἂν προθῆσθε, βοηθεῖν.

35 Καί τοι τί δή ποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίζετε τὴν μὲν τῶν Παναθηναίων ἑορτὴν καὶ τὴν τῶν Διονυσίων ἀεὶ τοῦ καθήκοντος χρόνου γίγνε-

§ 34, 10. εἰς Σ, δ' εἰς *Vulg.* — 12. δύνασθε Σ, ἠδύνασθε *Bk. Dindf.* 1825. *Voem.* 1829. — 13. προθῆσθε Σ, πρόθησθε *Vulg. Vid. Matth.* § 213, n. 4. *Buttm. a. Gr. I.* § 107, p. 35. *Goettling p.* 81.

et 107, 2 incidere. — ἐξέλεξε, Dem. comparat Philippum cum *portitore* (ἐκλογῆς Boeckh. I. p. 168), qui in tributis *exigendis* versatur, nos *eintreiben.* XIX, 293: εἴκοσιν ἐξέλεξεν παρ' ἑκάστου δραχμάς, coll. XLIX, 49. — τριήρη, duae triremes sacrae (numerus sensim auctus est, Bekk. Anecd. p. 267. Suid. s. v. παραλ.) apud Athonienses, Delia et Paralus, ad munera publica celeriter obeunda adhibebantur: hanc a nostro oratore intelligi et Suidas censet et Harpocrat. s. ἱερ., τριήρ., Philochori et Androtionis ductas auctoritate. Cfr. Boeckh Staatsh. d. Ath. I. p. 258. II. p. 217. De origine vocis παράλος dissentiunt, alii a Paralo quodam, alii a Paralia i. e. littus Atticum derivant. — ᾤχετ' ἔχων, cfr. Matth. § 559, c. Non sine consilio quodam videtur Orator eadem, qua paullo ante, elocutione usus esse. — δύνασθε, „tempus cum vi multo majore dicitur, quum ab Athenienses *etiamnunc* similia Philippi facinora impediri non posse ostendat." *Saupp.* — οὓς ἂν προθῆσθε, tempore constituto i. e. quod constitueritis.

§ 35. καί τοι τί δή ποτε, *jam vero quid tandem.* Matth. §. 488, 8. — Παναθην., Panathenaea (majora) ab Erichthonio institutq (Athenaea), a Theseo amplificata quinto quoque anno maxima cum celebritate agebantur inde a d. XXVIII. mens. Hecatomb. (Jul.). Arg. in or. Mid. Corsin. Fast. Att. II, 357. Harpocr. s. h. v. Pausan. Arcad. 2. — Διονυσ., Dionysiaca (majora) initio mens. Elaphebolionis (Mart.) quotannis celebrabantur. Sicut Panathenaeis Rex cum curatoribus (ἐπιμεληταί), qui ex unaquaque tribu eligebantur, praerat, ita his Archon cum aliis curatoribus. Dem. XXI, 15. Poll. VIII, 89. 93. Vales. Not. in Harpocr. p. 30. Buttmann Exc. I ad orat. Mid. Barthelemy Reise des jungen Anachars. II, 363 et 367; praesertim Wachsmuth II. p. 573 et 578 (coll. Meier in Encyclop. Ser. III. Bd. X. s. v.) varia genera istorum festorum descripsit. Add. Hermann Staatsalt. § 162, 2, qui

σθαι, ἄν τε δεινοὶ λάχωσιν ἄν τε ἰδιῶται οἱ τούτων ἑκατέρων ἐπιμελούμενοι, εἰς ἃ τοσαῦτ' ἀναλίσκεται χρήματα ὅσα οὐδ' εἰς ἕνα τῶν ἀποστόλων, καὶ τοσοῦτον ὄχλον καὶ παρασκευὴν ὅσην οὐκ οἶδ' εἴ τι τῶν ἁπάντων ἔχει, τοὺς δ' ἀποστόλους πάντας ὑμῖν ὑστερίζειν τῶν καιρῶν, τὸν εἰς Μεθώνην, τὸν εἰς Παγασὰς, τὸν εἰς Ποτίδαιαν; ὅτι ἐκεῖνα μὲν ἅπαν- 36
τα νόμῳ τέτακται, καὶ πρόοιδεν ἕκαστος ὑμῶν ἐκ πολλοῦ τίς χορηγὸς ἢ γυμνασίαρχος τῆς φυλῆς, πότε

§ 35, 5. ἀναλίσκεται Σ, ἀναλίσκετε Bk. Dindf. Voem. 1829. — 7. παρασκευὴν Σ, τοσαύτην παράσκευὴν Bk. 1816, 24 et 25. Dindf. 1825. Voem. 1829. — ibid. τι Σ] τις Vulg. — 9. τὸν-τὸν-τὸν] τῶν-τῶν-τῶν Σ.

Idem § 150, 1 de curatoribus exposuit. — δεινοὶ, „οἱ μὲν δεινοὶ ἐνταῦθα οἱ ἔμπειροι τῆς διαθέσεως τῶν ἑορτῶν, οἱ δὲ ἰδιῶται οἱ ἄπειροι τῶν τοιούτων.“ Wolf. — ὄχλον καὶ παρασκευὴν pendent ab ἔχει, ita ut cum Augero et Sauppio ep. ad Herm. p. 43 sq. suppleas ἅ, sc. Panathen. et Dionys., quae tantam habent turbam et apparatum. Recte nuper Bekk., Dindf. et Voemel. τοσαύτην, quod vulgo ante παρασκ. legebatur, omisere. Inter ipsos autem dies festos primum certamen taedarum, in quo et pedites et equites cursu contendebant, deinde certamen athletarum et musicum agebatur; solemni obambulatione velum Minervae (πέπλος, de quo vid. Eur. Hec. 463 sq.) a lectissimis virginibus (ἐργαστῖναι) circumferebatur: ad quae omnia quis neget magna multitudine et apparatu opus fuisse? Cfr. Plat. Alcib. II. p. 148 C. (c. 19.): πομπὰς πολυτελεστάτας καὶ σεμνοτάτας ἄθωρούμεθα θεοῖς ἀν' ἕκαστον ἔτος. Boeckh. Corp. Inscr. I. p. 147, 6 et Wachsmuth l. c. — εἴ τι τῶν ἁπάντων, an quid omnino habeat i. e. nulla res tantos requirit sumtus. — ὑστερίζειν τῶν καιρῶν, cedere occasionibus i. e. praetermittere occasiones, XVIII, 102: ὁρῶν — ὑστερίζουσαν ἐκ τούτων τὴν πόλιν τῶν καιρῶν. Simile quid est II, 2: χείρους εἶναι τῶν ὑπαρχόντων. — Μεθ. Παγασ. Ol. 106, 3. — Ποτίδ. Ol. 106, 1. Vid. tab. chron. sub his annis.

§ 36. χορηγὸς, qui in Dionys. et Panathen. e suis quisque tribubus electi choris instruendis et adornandis praebebat sumtum, eos ducebat et providebat, ne quid immodestiae chori admitterent. Suid. s. ἐπιμεληταί. Aeschin. I, 11 hanc fuisse legem Solonis ait, coll. Arg. in Mid. p. 509, 1. Sigon. Rep. Ath. IV, 4. Wolf. ad Lept. p. LXXXIX. Schoemann de comit. Att. p. 370 et Jur. publ. p. 234. Boeckh. Staatsh. I, 484. — γυμνασίαρχ. ludos gymnicos instituebat et certaturos

καὶ παρα τοῦ καὶ τίνα λαβόντα τί δεῖ ποιεῖν, οὐδὲν ἀνεξέταστον οὐδ' ἀόριστον ἐν τούτοις ἠμέληται, ἐν δὲ τοῖς περὶ τοῦ πολέμου καὶ τῇ τούτου παρασκευῇ, ἄτακτα, ἀδιόρθωτα, ἀόριστα ἅπαντα. τοιγαροῦν ἅμα ἀκηκόαμέν τι καὶ τριηράρχους καθίσταμεν καὶ τούτοις ἀντιδόσεις ποιούμεθα καὶ περὶ χρημάτων πόρου σκοποῦμεν, καὶ μετὰ ταῦτα ἐμβαίνειν

§ **36**, 4. *τίνα Σ*] *τί Bk. Voem. Dindf.* 1825. — 6. *τῇ τούτ. παρασκευῇ Σ*] *τῆς τούτ. παρασκευῆς Vulg.* — 7. *ἀδ. ἀόρ. Σ*] *ἀόρ. ἀδ. Vulg.*

victu ac rebus necessariis instruebat. Hinc Isaeus VI, 60 de Chaerestrato dicit: *κεχορήγηκε τραγῳδοῖς, γεγυμνασιάρχηκε δὲ λαμπάδι* i. e. ludis taedarum. Vid. Sigon. l. l. Wolf. Lept. p. XCII sqq., adde, quos modo laudavi, viris doctis Wachsmuth. II. p. 95 et Hermann § 161, 2. 3. — *τίνα λαβ., quid accipiendum quidque faciendum sit.* De interrogativo repet. vid. ad I, 3. Omnino ex h. l. patet, choragos et gymnasiarchos aliunde etiam accepisse sumtus, quos impenderent. — *ἅμα — καὶ*, Isocr. IV, 157: *ἅμα διαλλάττονται καὶ τῆς ἔχθρας ἐπιλαθάνονται.* Plat. Eutyph. p. 9 C: *ἐνενόησα ἅμα λέγοντος καὶ ἀκοπῶ.* Zeun. ad Vig. p. 380. Maetzner ad Lyc. p. 135. — *τριήραρχος*, qui armamenta et victum remigibus de suo dabat: sed a trierarchia, munere sumptuosissimo, excepti fuerunt, qui tributa extraordinaria (*εἰσφοράς*) conferebant, quum ad illam opulentiores pertinerent; omnino non eadem semper trierarchorum ratio obtinuit. Ulpian. in Mid. p. 681 G ita: *πολλαὶ περὶ τὰς τριηραρχίας ἐγίγνοντο μεταβολαὶ διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ἀναλώματος· καὶ ὁτὲ μὲν σύνδυο ἦσαν, ὁτὲ δὲ σύντρεις καὶ ὁτὲ δὲ καὶ δέκα τριήραρχοι, ὁτὲ δὲ χίλιοι. ὁ Δημοσθένης δυοῖν τριήρων ἕνα τριήραρχον ἐποίησε: καὶ ὁτὲ μὲν ἡ πόλις τὴν κατασκευὴν καὶ τοὺς ναύτας, μόνον δὲ τὴν ναῦν ὁ τριήραρχος παρεῖχε, ὁτὲ δὲ σύμπαντα οἴκοθεν οἱ τριήραρχοι παρεῖχον.* Subtilissime de hac re disputat Wolf. Prol. in Lept. p. C seqq. Boeckh. II. p. 92 sq. Idem Seewesen d. Ath. p. 166 sq. Schoemann jur. antiq. p. 326. Wachsmuth II. p. 96. — *ἀντιδόσεις*, ex lege, quam ad Solonem referunt auctorem, is, qui designatus erat ad trierarchiam, poterat, si quem ditiorem existimabat, ab hoc petere, ut suum susciperet munus aut secum *facultates permutaret* (*ἀντιδόσιν ποιεῖσθαι*). Suid. s. h. v. Wolf. Lept. p. CXXIII. Bekk. Anecd. p. 197, 13. Boeckh. II, 122.; ex quo instituto quis non intelligat magnam

τους μετοίκους ἔδοξε καὶ τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας; εἶτ' αὐτοὺς πάλιν, εἶτ' ἀντεμβιβάζειν, εἶτ' ἐν ὅσῳ ταῦτα μέλλεται, προαπόλωλεν τὸ ἐφ' ὃ ἂν ἐκπλέωμεν· τὸν γὰρ 37
τοῦ πράττειν χρόνον εἰς τὸ παρασκευάζεσθαι ἀναλίσκομεν; οἱ δὲ τῶν πραγμάτων οὐ μένουσι καιροὶ τὴν ἡμετέραν βραδυτῆτα καὶ εἰρωνείαν. ἂς δὲ τὸν μεταξὺ χρόνον δυνάμεις οἰόμεθ' ἡμῖν ὑπάρχειν, οὐδὲν οἷαίτ' οὖσαι ποιεῖν ἐπ' αὐτῶν τῶν καιρῶν ἐξελέγ-

§ 36, 12. εἶτ' ἀντεμβιβάζειν Σ, εἶτ' cum Vulg. Bk. Bindf. Voem. 1829 om. — 13. μέλλεται Σ, μέλλετε Bk. 1824. Dindf. Voem. 1829. — ibid. τὸ ἐφ' ὃ Σ] ἐφ' ἃ cum Vulg. Bk. Dindf. 1825. Voem. 1829. — § 37, 3. οὐ μένουσι καιροὶ Σ, καιροὶ οὐ μένουσι Bk. Dindf. 1825. Voem. 1829. — 4. ἂς δὲ Σ] ἃς δ' εἰς Vulg.

rebus gerendis imponi moram? — μετοίκους, Harpocr. p. 243: μέτοικος, ὁ ἐξ ἑτέρας πόλεως μετοικῶν ἐν ἑτέρᾳ καὶ . . . . τὴν οἴκησιν αὐτόθι καταστησάμενος, et paullo infra: ἐνεβίβαζον δὲ καὶ εἰς τὰς ναῦς τοὺς μετοίκους, non remiges, sed milites. Solvebant μέτοικοι (inquilini, Insassen) XII drachmas quotannis. Fuit hoc genus civitati utilissimum: exercebant opificia, artes et mercaturam, et faciebant stipendia; 10,000 ejusmodi homines Athenis erant. Wolf. Lept. p. LXVII. Schoemann p. 189. Wachsmuth II. p. 14. — χωρὶς οἰκοῦντες, Harpocr. explicat de libertinis, qui relicta patroni familia suum aguńt negotium; cfr. XLVII, 72: ἀφεῖτο ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ ἐλευθέρα καὶ χωρὶς ᾤκει καὶ ἄνδρα ἔσχεν. Bekk. Anecd. p. 316: οἱ ἀπελεύθεροι χωρὶς οἰκοῦσι τῶν ἀπελευθερωσάντων. Phot. Lex. p. 597, 6 ad οἰκοῦντες addit τῶν δεσποτῶν. Boeckh I. p. 281. — ἀντεμβιβάζ. *alios in naves mittere* — μέλλεται, *dum haec lente ad finem perducuntur.* Thuc. V, 111: ὑμῶν τὰ ἰσχυρότατα ἐλπιζόμενα μέλλεται, ad quem locum Poppo non debebat de nostra lectione dubitare. Vid. Krüger ad Xen. An. III, 1, 47. — προαπ. τὸ ἐφ' ὅ, *interiit illud, cujus causa classem misimus;* de usu articuli vid. Matth. § 273 et 287.

§ 37. πραγμ. οὐ μέν. καιροί, cfr. XIX, 6: πολλάκις συμβαίνει πολλῶν πραγμάτων καὶ μεγάλων καιρὸν ἐν βραχεῖ χρόνῳ γίγνεσθαι, coll. Aeschin. III, 163: ῥητορικὴν δειλίαν καιρὸς οὐκ ἀναμένει. Ex hoc loco aliquis lectionem multorum librorum Schaefero et mihi olim probatam ἀναμένουσι defendat, cfr. huj. or. § 43. — εἰρωνείαν Atheniensium Orator supra § 7 notaverat. — ἃς δὲ τὸν, *quas interjecto tempore copias nos habere putamus, eae ipsae rerum gerendarum oc actione oblata nihil efficere arguuntur.*

χονται. ὁ δ' εἰς τοῦθ' ὕβρεως ἐλήλυθεν, ὥστ' ἐπιστεῖ- 51
λειν Εὐβοεῦσιν ἤδη τοιαύτας ἐπιστολάς.

ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΑΝΑΓΝΩΣΙΣ.

38 Τούτων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν ἀνεγνωσμένων ἀληθῆ μέν ἐστι τὰ πολλά, ὡς οὐκ ἔδει, οὐ μὴν ἀλλ' ἴσως οὐχ ἡδέα ἀκούειν. ἀλλ' εἰ μέν, ὅσα ἄν τις ὑπερβῇ τῷ λόγῳ, ἵνα μὴ λυπήσῃ, καὶ τὰ πράγματα ὑπερβήσεται, δεῖ πρὸς ἡδονὴν δημηγορεῖν· εἰ δ' ἡ τῶν λόγων χάρις, ἂν ᾖ μὴ προσήκουσα, ἔργῳ ζημία γίγνεται, αἰσχρόν ἐστιν, φενακίζειν ἑαυτούς, καὶ ἅπαντ' ἀναβαλλομένους, ἃ ἂν ᾖ δυσχερῆ,
39 πάντων ὑστερεῖν τῶν ἔργων, καὶ μηδὲ τοῦτο δύνασθαι μαθεῖν, ὅτι δεῖ τοὺς ὀρθῶς πολέμῳ χρωμένους

ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΑΝΑΓΝΩΣΙΣ e cod. Σ Dindf. 1846, *ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ Bk. Tur. Voem., ΕΠΙΣΤΟΛΗ Frank. Nostram lectionem confirmat cod. α et schol., vid. adn.* — § **38**, 7. *ἐστιν Σ apud Dindf. et hic ipse* 1846, *ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι omnes reliq. edd.* — 8. *ἃ ἂν Σ, ὅσα ἂν Bk. Voem.* 1829, *qui* 1843 *dedit ἄν.* — 9. *ὑστερεῖν Σ apud Dindf. et hic ipse* 1846, *ὑστερίζειν reliqui edd.*

ΕΠΙΣΤ. ΑΝΑΓ. Schol. haec: *ὁ σκοπὸς τῆς ἐπιστολῆς ἐστιν οὗτος: ὁ Φίλιππος ἀπέστειλεν Εὐβοεῦσι συμβουλεύων μὴ δεῖν ἐλπίζειν εἰς τὸν Ἀθηναίων συμμαχίαν ὅτι οὐδὲ αὐτοὺς δύνανται σώζειν.* Cum quibus verbis si recte comparatur Aeschin. III, 88: *εἰ μὴ πρῶτον θεῶν τις ἔσωσε τὸ στρατόπεδον κτλ.*, conjicio epistolam pertinere ad Ol. 107, 3. Ergo oratio neque dirimenda neque ad Ol. 107, 1 rejicienda est. De rebus Euboeensium turbatis vid. Dem. V, 5.

§ 38. *οὐ μὴν ἀλλ'*, tetigi hunc locum ad I, 4, cfr. V, 3. — *ὅσα ἄν τις ὑπερβῇ, si quis, quae verbo praetermittit, res gestas praetermittit* i. e. efficit, ut revera praetereant. Etenim Orator quum semel *ὑπερβῇ* dixisset, paullo insolentius eandem retinuit vocem idemque subjectum. De re vid. IX, 4. — *ζημία*, ex orationis suavitate capitur *detrimentum*, quum res difficiles, quae reticentur, fructum ferant pestiferum. *φενακίζειν* quid sit vid. ad II, 7. — *ὑστερεῖν*, cfr. Xen. An. 1, 7, 12: *Ἀβροκόμας ὑστέρησε τῆς μάχης ἡμέρας πέντε.* Dem. XIX, 332 dicit: *πολλῶν ὑστερῶν* i. e. multas amittens occasiones. Nostram lectionem pro vulg. *ὑστερίζειν* habet etiam Stobaeus p. 365.

οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' αὐτους ἔμπροσθεν εἶναι τῶν πραγμάτων, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ τῶν στρατευμάτων ἀξιώσειέ τις ἂν τὸν στρατηγὸν ἡγεῖσθαι, οὕτω καὶ τῶν πραγμάτων τοὺς βουλευομένους, ἵν' ἃ ἂν ἐκείνοις δοκῇ, ταῦτα πράττηται καὶ μὴ τὰ συμβάντα ἀναγκάζωνται δώκειν. ὑμεῖς 40
δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πλείστην δύναμιν ἁπάντων ἔχοντες, τριήρεις, ὁπλίτας, ἱππέας, χρημάτων πρόσοδον, τούτων μὲν μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας

§ 39, 5. τις ἂν Σ, ἂν τις Bk. Voem. 1829. — 7. βουλευομένους Σ, εὖ βουλευομ. Bk. Dindf.

§ 39. ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμ., rebus gestis inservire, facere quod illae ferant, XXVI, 18: τοῖς λογισμοῖς καὶ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς ὑπάρχουσι καιροῖς ἀκολουθεῖν, coll. V, 2. Mountenejus adfert Liv. IX, 18: at Hercule reges non liberi solum impedimentis omnibus, sed domini rerum temporumque. — ἔμπροσθεν εἶναι, „debent providere, praecavere eventibus ne noceant.“ Orv. ad Char. p. 404. Utramque formulam sibi opponi patet; cfr. Xen. An. V, 6, 9. — τρόπον, ὥσπερ ut § 21 et I, 15. — οὕτω excipit pronomen τὸν αὐτὸν ad rem ipsam animis magis infigendam, vid. ad II, 8. — ἐκείνοις, intellige τοὺς βουλευομ. Etenim saepe ἐκεῖνος pro αὐτὸς dicitur ad vim quandam exprimendam, cujus rei multa exempla vid. apud Dissen. ad Coron. p. 319 et Schneider ad Xen. Cyr. V, 2, 28. — συμβάντα διώκειν, rebus forte casuque gestis obsequi.

§ 40. τριήρεις, Athenienses initio belli Peloponn. Ol. 87 *trecentas* dicit Thuc. II, 13 naves instruere potuisse. Idem de sua aetate Dem. XIV, 13 et 29. XIX, 89. Isocr. IV, 21 haec: οὐδεὶς ἂν ἑτέραν πόλιν ἐπιδείξειε τοσοῦτον ἐν τῷ πολέμῳ τῷ κατὰ γῆν ὑπερέχουσαν ὅσον τὴν ἡμετέραν ἐν τοῖς κινδύνοις τοῖς κατὰ θάλατταν διαφέρουσαν, quocum conf. Aeschin. II, 173—177 et Boeckh Staatsh. I. p. 279. Seewesen der Ath. p. 79. — ὁπλίτας, Thuc. II, 13 Periclem dicentem facit ὁπλίτας τρισχιλίους καὶ μυρίους εἶναι ἄνευ τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις καὶ τῶν παρ' ἑκάλεν ἑξακισχιλίων καὶ μυρίων i. e. qui ad pinnas stantes praesidio erant urbi. Dem. XIV, 13 contendit ὅσους ἂν ἐθέλῃ τις. Boeckh. I. p. 290. Wachsmuth II. p. 296. — ἱππέας, Thuc. l. l. mille et ducentos cum equestribus sagittariis fuisse dicit. Aristoph. Eq. 225. Boeckh. I, 283. Ad equos alendos Atticam minus factam fuisse, auctor est Herodot. IX, 13. — χρημάτ. πρόσοδ., Dem. XIV, 19 censum totius terrae Atticae 6000 talent. fuisse contendit, et Aeschin. l. l. reditus annuos numerat 1200 tal. Sed in hoc numero insunt tributa sociorum: quibus demtis, fere quadringenta vel quingenta tal. ad ipsam pertinent

οὐδενὶ πώποτε εἰς δέον τι κέχρησθε, οὐδενὸς δ' ἀπολείπεσθε. ὥσπερ οἱ βάρβαροι πυκτεύουσιν, οὕτω πολεμεῖτε Φιλίππῳ· καὶ γὰρ ἐκείνων ὁ πληγεὶς ἀεὶ τῆς πληγῆς ἔχεται, κἂν ἑτέρωσε πατάξῃς, ἐκεῖσέ εἰσιν αἱ χεῖρες, προβάλλεσθαι δ' ἢ βλέπειν ἐναντίον
41 οὔτ' οἶδεν οὔτ' ἐθέλει. καὶ ὑμεῖς, ἂν ἐν Χερρονήσῳ πύθησθε Φίλιππον, ἐκεῖσε βοηθεῖν ψηφίζεσθε, ἐὰν

§ **40**, 5. *εἰς δέον τι Σ, ἐν δέοντι Bk. Voem.* 1829, *Dindf.* 1825. — *ibid. οὐδενὸς κτλ.*] *οὐδὲν δ' ἀπολείπεσθε, ὥσπερ οἱ βάρβ. πυκτ., οὕτω πολεμεῖν Φιλίππῳ Tur. Frank. Dindf.* 1846, *οὐδενὸς δ' οὐκ ἀπολείπεσθε Auger. de suo. Equidem cum Bekk. et Voem., nisi quod uterque δὲ post ὥσπερ, a Σ omissum, retinuit.* — 8. *πατάξῃς Σ, πατάξῃ τις Bk. Voem.* 1829. *Dindf.* 1825. — § **41**, 1. *ἂν Σ ap. Dindf., ἐὰν reliq. edd.*

§ 19. Φωκέων φυγάδας, vid. ad Lib. Arg. § 3. Diod. Sic. XVI, 60 narrat, jussum fuisse ut exules Phocensium pisculares haberentur, quos ex omni loco retrahere cuivis liceat: hos, invitis Thebanis et Thessalis, recipiebant Athenienses. Dem. XVIII, 18 dicit Athenienses Φωκέας βούλεσθαι σωθῆναι. Weisk. d. hyperb. I. p. 29. n. 68. — κωλύομεν, Prolegg. § 3 enarravimus, Athenienses nullos ad conventum

τες, περὶ τῶν ἰδίων ἕκαστος ὀργιζόμενος, κοινον ἀφ' ἡμᾶς ἀγάγωσι τὸν πόλεμον, τὰ τῶν Ἀμφικτυόνων δόγματα προστησάμενοι, εἶθ' ἑπισπασθῶσιν ἕκαστοι πέρα τοῦ συμφέροντος ἑαυτοῖς ἡμῖν πολεμῆσαι, ὥσπερ καὶ περὶ Φωκέας. ἵστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι νῦν Θηβαῖοι καὶ Φίλιππος καὶ Θετταλοὶ οὐχὶ ταὐτὰ ἕκαστοι μάλιστα ἐσπουδακότες ταὐτα πάντες ἔπραξαν, οἷον Θηβαῖοι τὸν μὲν Φίλιππον παρελθεῖν καὶ λαβεῖν τὰς παρόδους οὐκ ἠδύναντο κωλῦσαι, οὐδέ γε τῶν αὐτοῖς πεπονημένων ὕστατον

§ 19, 4. ὀργιζόμενός Σ, ὀργιζόμενοι Bk. Voem. 1829. — § 20, 3. ἕκαστοι μάλιστα Σ, μάλιστα ἕκαστοι Vulg. — 5. ἠδύναντο] ἰδύναντο Σ apud Dindf.

Amphictyonum misisse legatos. — ὀργιζόμενος, quanquam IX, 61 τις — μεμνημένοι e cod. optimo dedi, tamen idem h. l. offert singularem, a Bekkero injuria relictum, ita ut ipse Frotscherus, illius vestigia pleraque legens, defecerit. — ἀγάγωσι τὸν πόλ. habet analogiam e locutione εἰρήνην ἄγειν, certe XVIII, 143 πόλεμον εἰς τὴν Ἀττικὴν εἰσάγεις — introducis — huc referri nequit. — δόγμ. προστησάμενοι, decreta Amphictyonum praetexentes. „προίστασθαι, collocare aliquem ante se, pone tergum se abdere.“ *Reisk.* Nam bellum erat pium, horum auctoritate susceptum. Vid. quae dicta sunt ad Anon. Arg. § 2. — πέρα τοῦ συμφέροντος, „παρὰ τὸ συμφέρον ἑαυτοῖς“ *Beckius.* — ἑπισπασθῶσιν i. q. ἑφεσκυσθῶσιν, *attrahantur.* Thuc. IV, 9: ἐπισπάσασθαι αὐτοὺς ἠγεῖτο προθυμήσεσθαι, ubi schol. eodem modo explicat. — περὶ Φωκέας, nam Boeoti, Locrenses, Thessali magnos sumtus in hoc bellum Phocense impenderant. Ceterum non est, quod γέγονε suppleamus, nam refertur ad ἐπισπασθῶσιν.

§ 20. δήπου explicui ad II, 25. — Φίλιππος, *Philippus* cum Thessalis parabat Thebanis opes, *Thebani* cum Thessalis augebant gloriam Philippi, *Thessali* et Philippi et Thebanorum rebus prospiciebant; cfr. § 23: εὑρήσετε ἕκαστον πολλὰ προηγμένον ὧν οὐδὲν ἐβούλετο πρᾶξαι et Tittm. p. 205. — τὰς παρόδους οὐκ ἠδύναντο, non solum Thermopylas intelligit, sed etiam ceteras angustias. IX, 32: κύριος δὲ τῶν Πυλῶν καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας παρόδων ἐστί. — ὕστατον ἰλθόντα, „Thebani gravissimam partem belli Phocensis [πεπονημένων] sustinuerant: bellum effecerant, hostem profligaverant, cum Philippus imperator accedens [cfr. § 15], delectus ab Amphictyonibus, belli confecti tulit gloriam.“ *Dem.*

21 ἐλθόντα τὴν δόξαν ἔχειν· νυνὶ γαρ Θηβαίοις πρὸς μὲν το τὴν χώραν κεκομίσθαι πέπρακταί τι, πρὸς δὲ τιμὴν καὶ δόξαν αἴσχιστα· εἰ γὰρ μὴ παρῆλθε Φίλιππος, οὐδὲν ἂν αὐτοῖς ἐδόκει εἶναι. ταῦτα δ' οὐκ ἠβούλοντο, ἀλλὰ τῷ τὸν Ὀρχομενὸν καὶ τὴν Κορώνειαν λαβεῖν ἐπιθυμεῖν, μὴ δύνασθαι δὲ, πάντα
22 ταῦθ' ὑπέμειναν. Φίλιππον τοίνυν τινὲς μὲν δήπου τολμῶσι λέγειν, ὡς οὐδ' ἠβούλετο Θηβαίοις Ὀρχομενὸν καὶ Κορώνειαν παραδοῦναι, ἀλλ' ἠναγκάσθη· ἐγὼ δὲ τούτοις μὲν ἐῤῥῶσθαι λέγω, ἐκεῖνο δὲ οἶδ'

§ 21, 2. *πέπρακταί τι Σ, κάλλιστα πέπρακται Bk. Dindf. Voem.* 1829. — 6. *πάντα ταῦθ' Σ, ταῦτα πάνθ' Vulg.* — § 22, 2. *οὐδ' Σ, οὐκ Bk.* 1824. *Voem.* 1829. — *ibid. ἠβούλετο Reisk. (non Beckius, ut est in ed. Tur.) conjec., ἐβούλετο Bekk. Voem.* 1829. *Frank. Sed cfr.* XIV, 15.

§ 21. *Θηβαίοις — πέπρακταί τι,* res prospere gesta i. e. cessit Thebanis; vid. II, 3 *ἡμῖν πεπρᾶχθαι.* Similem praepositionis *πρὸς* usum vid. I, 4 *πρὸς τὰ τοῦ πολέμου ταχὺ πράττεσθαι:* quas intelligat h. l. regiones, ipse statim dicit. Ceterum *τι* quid sit, optime explicatur lectione vulgata *κάλλιστα πέπρακται,* cui Dindorfii patrocinium invideo. — *οὐδὲν ἂν αὐτοῖς,* nisi ille venisset, non sperare licuit Thebanis, fore, ut illa oppida recuperarent. Scilicet nullo opus est supplemento. Cfr. Benseler de hiatu p. 67. — *ταῦτα δ' οὐκ ἠβούλοντο,* ut Philippus per Thermopylas intraret et gloriam belli finiti reportaret. — *τὸν Ὀρχομενὸν καὶ τὴν Κορώνειαν,* vid. ad Lib. Arg. § 1. et XIX, 112: *τὸν δὲ Ὀρχομενὸν καὶ τὴν Κορώνειαν προσεξηνδραπόδισται,* et § 141: *ἔστι Ὀρχομενὸς, Κορώνεια, Κορσιαὶ, τὸ Τιλφωσσαῖον, τῆς τῶν Φωκέων χώρας ὅσην ἠβούλοντο.* De Coronea vid. Steph. Byz. s. v.

§ 22. *Φίλιππον τοίνυν,* „at enim Thebani non sunt amici Philippo, non enim libens illis concessit Orchomenum et Coroneam, sed invitus: itaque ei nullam ferent opem contra nos, si postulet." *Doun.* — *ἠναγκάσθη,* Dem. VI, 14 haec: *ἀλλ' ἐβιάσθη νὴ Δία καὶ παρὰ γνώμην, τῶν Θετταλῶν ἱππέων καὶ τῶν Θηβαίων ὁπλιτῶν ἐν μέσῳ ληφθεὶς συνεχώρησε ταῦτα,* ad quem locum jam ostendi, Oratorem id agere, ut ostendat Philippum omnia eo consilio fecisse, ut opes Atheniensium frangeret. Boeckh. Staatsh. II. p. 371 contendit, Philippum invitum has urbes tradidisse; Demosthenes certe negat. — *ἐῤῥῶσθαι,* Hesych. *ὑγιαίνειν,* eod. modo ut *χαίρειν, aliquid missum facere,* hos ju-

ὅτι οὐ μᾶλλόν γε ταῦτ' ἔμελεν αὐτῷ ἢ τας παρόδους λαβεῖν ἠβούλετο καὶ τὴν δόξαν τοῦ πολέμου, τοῦ δοκεῖν δι' αὐτὸν κρίσιν εἰληφέναι, καὶ τα Πύθια θεῖναι δι' αὐτοῦ· καὶ ταῦτ' ἦν, ὧν μάλιστ' ἐγλίχετο. Θετταλοὶ δέ γε οὐδέτερ' ἠβούλοντο τούτων, οὔτε 23
Θηβαίους οὔτε τὸν Φίλιππον μέγαν γίγνεσθαι —

§ 22, 7. *δι' αὐτὸν Auger. et Schaefer., δι' αὐτὸν cett. edd., vid. adn.* — 8. *δι' αὐτοῦ Σ ap. Dindf. et hic ipse* 1846, *δι' ἑαυτοῦ cett. edd.* — § 23, 2. *γίγνεσθαι Σ, γενέσθαι Vulg.*

beo valere, non enim impulsus ab aliquo hoc fecit Phil., sed ut gloriam sibi pararet; XIX, 248: *ἐρρῶσθαι πολλὰ φράσας τῷ σοφῷ Σοφοκλεῖ*, coll. XVIII, 153. Vid. Bekk. Anecd. p. 243, 29 (ubi per *κατεγνωκὼς* explicatur) et Dissen ad Dem. Cor. p. 323. Minus recte Weisk. hyperb. II. p. 32 n. 27: „non modo rem omnino neglectam, sed et negligentius, festinantius actam exprimit." — *οὐ μᾶλλόν γε — ἤ, non magis* huic rei studuit quam ut etc. Eodem modo Latini: Liv. III, 6. IV, 40. Nos: *eben so sehr*. In utraque lingua vetere res redit ad verborum rationem. Vid. Krüger Gramm. d. lat. Spr. § 588, 1. 2. Etenim Dem. repudians eos, qui nugentur: *ἠναγκάσθη*, imo dicit: aeque commoda Thebanorum cūrae erunt Philippo quam *τὸ λαβεῖν*, quod quidem non solum ad *τὰς παρόδους* (potiri angustiis), sed etiam ad *τὴν δόξαν* (nancisci gloriam) refertur. Ita in Eur. Phoen. 977 *τεθέναι* et ad *νόστον* (parare reditum) et ad *κλεινὰς Θήβας* (reddere Thebas inclytas) pertinet. — *τοῦ πολέμου, τοῦ δοκεῖν* est attractio pro *τοῦ δοκεῖν τὸν πόλεμον εἰληφέναι*, Wolfio recte interpretante. Locus simillimus II, 4: *τούτων οὐχὶ νῦν ὁρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν*. Vide G. T. A. Krüger Untersuchungen auf dem Geb. d. lat. Spr. III. p. 151 sq. — *δι' αὐτὸν*, non *δι' αὐτὸν*, nam subjectum ad *κρίσιν εἰληφ.* est *τὸν πόλεμον, ipso interveniente*, ita differt a *δι' αὐτοῦ*. Schaef. meam rationem probavit, „ut nempe bellum hoc videretur per ipsum (Philippum) debellatum et amputatum esse." *Reisk.* Cfr. ad I, 5. — *κρίσις* est vox medica, quae de solutione morbi vel de repentina in melius aut deterius mutatione dicitur. — *Πύθια θεῖναι*, Pythii ludi Amphictyonibus commissi erant, in quorum numerum quum esset Phil. receptus (IX, 32), *τίθησι μὲν τὰ Πύθια, τὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἀγῶνα*, i. e. *instituit*. coll. Diod. S. XVI, 60, Tittmann p. 109 et Boehn. p. 425. — *γλίχεται*, Hesych. *ἐπιθυμεῖ*, bene Doun. „misere cupere." Cfr. XIX, 226: *τῆς παρ' ὑμῶν τιμῆς γλιχομένοις — ἁπάντων*. Locum nostrum respicit Suid. s. *γλίχεται*, nisi quod *μάλιστα* omisit, item Bekk. Anecd. 131, 1.

§ 23. *γίγνεσθαι*, lectioni vulgatae (*γενέσθαι*) favet quidem id,

ταῦτα γαρ πάντα ἐφ' ἑαυτους ἡγοῦντο —, τῆς Πυλαίας δ' ἐπεθύμουν καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς, πλεονεκτημάτων δυοῖν, κύριοι γενέσθαι· τῷ δὲ τούτων 63
γλίχεσθαι τάδε συγκατέπραξαν. τῶν τοίνυν ἰδίων ἕνεχ' εὑρήσετε ἕκαστον πολλα προηγμένον, ὧν οὐδὲν ἠβούλετο, πρᾶξαι. τοῦτο μέντοι, ὅτι τοιοῦτόν ἐστι, φυλακτέον ἡμῖν.

§ 22, 3. ταῦτα γ. πάντα Σ, πάντα γ. ταῦτα *Vulg.* — *ibid.* ἡγοῦντο Σ *et Tur.*, ἡγοῦντο εἶναι *cett. libri et edd.* — 7. ἕνεχ' εὑρήσ. ἔπ. Σ, ἕνεκα ἔπ. εὑρήσ. *Vulg.* — *ibid.* πολλὰ] εἰς τὰ πολλὰ *mg* Σ. — 8. μέντοι Σ *apud Dindf. et hic ipse* 1846, *cett. libri et edd.* μὲν τοίνυν. *Vid ad* IV, 4. — *ibid.* τοιοῦτον] τοῦτ' Σ *Tur. Frank. Suspicor* τοιοῦτ'.

quod infra recurrit κύριοι γενέσθαι, sed Thebani et Philippus potentiam *jam* nacti (γίγνεσθαι i. e. fieri et esse, Engelh. p. 27), Thessali sua commoda nondum adepti erant (γενέσθαι). — ἐφ' ἑαυτοὺς ἡγοῦντο, *sibi contraria esse censebant.* Vulgo additur εἶναι, sed quum satis constet, quoties in enuntiationibus praedicativis, quae dicuntur, hoc verbum omittatur, quumque ἐφ' ἑαυτοὺς i. q. ἐναντία praedicati locum sustineat, non concedam Webero, qui in commentario ad Aristocr. p. 509 nostrum tractat locum, neganti istam omissionem linguae ratione ferri. Satis eam tuetur Funkhaen. Obss. crit. in Philipp. III. p. 11. Cfr. Soph. Antig. 1167: ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν. — τῆς Πυλαίας, Harpocr. Πυλαία ἐκαλεῖτο ἡ εἰς τὰς Πύλας σύνοδος τῶν Ἀμφικτυόνων. De jure Amphictyonicae dignitatis vid. ad Anon. Arg. § 1 et Tittmann p. 78, n. 10. — τῶν ἐν Δελφοῖς sc. δικαίων. Thessali Amphictyoniam, cujus olim participes fuerant, intercedente Philippo recuperare studebant, Dem. XIX, 318. Jam Reisk. comma post Δελφοῖς posuit et delevit post πλεονεκτημάτων, nam haec πλεονεκτήματα δύο erant ludi Pythii et Amphictyonia; non probo Weiskium de hyperb. III. p. 7 n. 4 et Goellerum Prolegg. p. 28 n. 12, qui πρεσβευτείαν et τὸ τὰ Πύθια θεῖναι intelligunt, nam illa erat Atheniensium. Wesselingii sententia (ad Diod. Sic. XVI, 60) de binis suffragiis in Amphictyonia prava nititur interpunctione nostri loci. „Sacrorum auctoritas, de qua hic agitur, ea est, quam Amphictyones habebant in Apollinis templo et in Pythiis ludis.“ *Laucches.* — τάδε sc. ut Phocenses frangerent. — πολλὰ προηγμ. vid. ad § 14. Ante πολλὰ vulg. εἰς τὰ additur, quae verba ex VI, 2 (εἰς τοῦτο ἤδη προηγμένα τυγχάνει πάντα τὰ πράγματα) fluxisse arbitror. H. l. πολλὰ ad πρᾶξαι referendum.

„Τα κελευόμενα ἡμᾶς ἆρα δεῖ ποιεῖν ταῦτα φο- 24
βουμένους; καὶ σὺ ταῦτα κελεύεις;“ πολλοῦ γε καὶ
δέω, ἀλλ' ὡς οὔτε πράξομεν οὐδὲν ἀνάξιον ἡμῶν
αὐτῶν οὔτ' ἔσται πόλεμος, νοῦν δὲ δόξομεν πᾶσιν
ἔχειν καὶ τὰ δίκαια λέγειν, τοῦτ' οἶμαι δεῖν ποιεῖν.
πρὸς δὲ τοὺς ῥᾳσέως ὁτιοῦν οἰομένους ὑπομεῖναι
δεῖν καὶ μὴ προορωμένους τον πόλεμον ἐκεῖνα βού-
λομαι λογίσασθαι. ἡμεῖς Θηβαίους ἐῶμεν ἔχειν Ὠρω-
πόν· καὶ εἴ τις ἔροιτο ἡμᾶς κελεύσας εἰπεῖν τἀληθῆ, 25
διὰ τί; „ἵνα μη πολεμῶμεν,“ φαῖμεν ἄν. καὶ Φι-

§ 24, 1. ἆρα *Vulg. et Σ ap. Dindf.*, ἄρα *omnes edd.* — 4. νοῦν δὲ *Σ*, νοῦν τε *Vulg.* — 5. οἶμαι] οἴομαι *Bk.* 1816. — *ibid.* δεῖν ποιεῖν *Σ*, δείξειν *Vulg. et Bk.* 1816. — 6. ὑπομεῖναι *Σ*, ὑπομένειν *Vulg. et Bekk.* — 10. φαῖμεν *Σ*, φαίημεν *Vulg.*

§ 24. τὰ κελευόμενα sc. ὑπὸ τοῦ Φιλίππου καὶ τῶν Ἀμφικτυόνων, quae vel Amphictyones vel Philippus jusserint, ut hic in illorum conventum recipiatur, ne in commune incurramus bellum. — ἆρα, hanc lectionem vulgatam confirmat *Σ*; optime quadrat in hanc ὑποφοράν, ut eam revocare non dubitaverim. Hermannus ad Vig. p. 823 haec: ibi usurpatur, ubi responsio exspectatur negans id, de quo erat disputatum. — ὡς οὔτε πράξομεν — δεῖν ποιεῖν, „cum orator jam in fine sit orationis, non potest dicere οἶμαι δεῖξειν, sed ad δεῖν ποιεῖν supplendum est ἡμᾶς vel ὑμᾶς; enunciatum autem hoc ὡς οὔτε — δόξομεν πᾶσιν ἔχειν, quod ex verbis οἶμαι δεῖν ποιεῖν pendet, relative accipiendum est.“ *Engelhardt.* p. 44. Sensus: sed quomodo nihil indignum faciamus republ. neque bellum oriatur, hoc faciendum esse nobis puto. — τὰ δίκαια λέγειν, „si quae erunt criminationes, eas Athenienses facile poterunt diluere.“ *Schaefer.* — δεῖν ποιεῖν, lectio vulg. δείξειν jam dudum explosa e XIX, 135 et XXIII, 6 nescio quo casu huc devenisse videtur. — πρὸς δὲ τοὺς, Wolf. aut post πρὸς δὲ comma poni vult, aut haec verba deleri. Sed strue haec cum ἐκεῖνα βούλομαι λογίσασθαι, *adversus eos, qui putant, haec volo perpendere* i. e. *iis perpendendum tradere*, aut, ut Reiskii verbis utar in Ind. Gr., *iis ad animum revocare.* ῥᾳσέως non ad οἰομένους referendum, sed ad ὑπομεῖναι, audacter suscipere. — ἐκεῖνα ad seqq. spectare vidimus II, 24. De *Oropo* disputatum est ad Lib. vit. Dem. § 6.

λίππῳ νυνὶ κατὰ συνθήκας Ἀμφιπόλεως παρακεχωρήκαμεν, καὶ Καρδιανους ἐῶμεν ἔξω Χερρονησιωτῶν τῶν ἄλλων τετάχθαι, καὶ τον Κᾶρα τὰς νήσους καταλαμβάνειν, Χίον καὶ Κῶν καὶ Ῥόδον, καὶ Βυζαντίους κατάγειν τα πλοῖα, δῆλον ὅτι τὴν ἀπὸ τῆς εἰρήνης ἡσυχίαν πλειόνων ἀγαθῶν αἰτίαν εἶναι νομί-

§ 25, 2. *κατὰ Σ et Bekk. Anecd. p.* 161, 23, *κατὰ τας Vulg. Bk. Dindf. Voem.* — 3. *Χερρονησιωτῶν Σ Bk.* 1816, 25 *et* 35, *Χερρονησιτῶν Bk.* 1824. *Dindf. Voem. Frotsch.* — 5. *Κῶν Σ, Κῶ Vulg. cfr.* XV, 27.

§ 25. *κατὰ συνθήκας*, articulum vulg. interpositum omisi, nam ad quasdam vocēs ut *δόμος, πόλις, στράτευμα, τόπος* omitti solet, vid. Schaef. App. I. p. 179. Recte Frank.: vertragsmässig. — *Ἀμφιπόλεως*, haec fuit conditio pacis cum Philippo, ut ea, quae occupaverat, retineret, Proleg. § 3. *παραχωρεῖν* cum genitivo struitur, ut XVIII, 68: *ὥστε τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἐθελοντὰς παραχωρῆσαι Φιλίππῳ.* Locum nostrum vid. in Bekk. Anecd. 161, 24. — *Καρδιανοὺς*, Cardia urbs Chersonesi, quam Cersobleptes, Chersoneso Atheniensibus tradita, retinuerat. Itaque Dem. XXIII, 169 Cardianos dicit *ἐχθροὺς* Atheniensium. Qui quum, Cersobleptē per Philippum devicto, illam sibi vindicare vellent, haec se in regis fidem recepit, ita ut in epistola (XII, 11) scribat: *Καρδιανοῖς δέ φημι βοηθεῖν, γεγονὼς αὐτοῖς πρὸ τῆς εἰρήνης σύμμαχος.* — *Χερρονησιωτῶν*, hanc formam tenui obsequutus Bekkero, Lobeckio ad Phryn. p. 700 et Schneidero ad Xen. Hell. III, 2, 8. — *Κᾶρα*, Cariae, Atheniensium olim sociae (Thuc. II, 9), rex Mausōlus Ol. 105, 3 Chiis ceterisque, qui bellum sociale contra Athenienses gerebant, auxilium tulerat. Diod. Sic. XVI, 7. Idem Chium, Con et Rhodum in potestatem suam redigere volebat, Dem. XV, 3: *Μαύσωλος τὴν ἐλευθερίαν αὐτῶν (Ῥοδίων) ἀφῃρημένος.* Hoc mortuo Artemisia soror et conjux ad biennium successit, quam frater excepit *Idrieus*; hunc intellige per *τὸν Κᾶρα* et conf. Clinton Fast. Att. p. 298 sqq. — *Κῶν*, non recte praecipit Buttmann a. Gr. I. p. 157 formam *Κῷ* usitatiorem esse. Mecum sentire video Popponem Pfolegg. Thucyd. I, 1, 220. Vid. Duck. ad Thuc. VIII, 41. — *Βυζαντίους κατάγειν τὰ πλοῖα*, Hesych. *εἰς τὸν ναύσταθμον ἄγειν.* Deduxerunt naves ad oram, aut ut inde merces sumerent (Noster L, 5: *Βυζαντίων καταγόντων τὰ πλοῖα ἕνεκα τῆς ἰδίας χρείας τοῦ σίτου*, coll. § 17, aut ut certa vectigalia nautae penderent, *das Stapelrecht ausüben* (XX, 77). Hic sensus nostri loci. Vid. Pinzger ad Lycurg. in Leocr. p. 183. Nam quum Athenienses e Chersoneso Taurica frumenta importarent, saepe fa-

ζοντες ἢ το προσκρούειν καὶ φιλονεικεῖν περὶ τούτων. οὐκοῦν εὐηθες καὶ κομιδῇ σχέτλιον, προς 26
ἑκάστους καθ' ἕνα οὕτω προσενηνεγμένους περὶ τῶν οἰκείων καὶ ἀναγκαιοτάτων, προς πάντας περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς νυνὶ πολεμῆσαι.

§ 25, 8. φιλονεικεῖν Σ, τὸ φιλονεικεῖν Vulg. — § 26, 1. οὐκοῦν] οὐκ οὖν Turic. — 2. οὕτω Σ, οὑτωσὶ ἤδη Vulg. Bk. 1816. — 4. πάντας Σ, ἅπαντας Vulg. Voem. 1829. Frotsch.

ctum videtur, ut Byzantii, quorum urbs sita est ad Bosporum Thracium, naves deducerent. Byzantiis vero cum Atheniensibus fuisse simultates patet ex VIII, 14. Boehneck. p. 394 n. 2 credit, Byzantios inter Philippi socios pace inclusos esse, sed hac abutentes naves intercepisse. — φιλονεικεῖν, ne articulum ante h. v. desideres, vid. h. or. § 22 et Schaef. App. II. p. 285.

§ 26. οὐκοῦν, extremum hunc locum ejusdem paragraphi (§ 25) vinculo Bekkerus et Turicenses cum praecedentibus verbis conjunxerunt, Voemelius, Reuterus et Frotscherus disjunxerunt, hos sequutus sum. — εὐηθες vid. ad II, 6 et Bekk. Anecd. p. 243, 12 explic. εὐήθης per χρηστοήθης. καὶ ὁ βλάξ, καὶ ὁ μωρὸς καὶ ἄνους. Formula ἑκάστους καθ' ἕνα, *singulatim*, ad ejusd. or. § 24 explanata est. — οἰκείων καὶ ἀναγκ., illud refer ad oppida, hoc ad victum. — τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς, res viles Graeci significant per σκιάν. Soph. Antig. 1170: τἄλλ' ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς οὐκ ἂν πριαίμην. Pind. Pyth. VIII, 135: σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος. Harpocrat. p. 292 enarrat, Didymo auctore, hanc formulam desumtam esse a proverbio περὶ σκότου σκιᾶς (Aristoph. Vesp. 191, ubi vid. schol.), quod referatur ad eos, qui de rebus nihili contendant. Bekk. Anecd. p. 243, 30. Phot. Lex. p. 339, 10 et p. 424, 6. Demosthenes intelligit Amphictyoniam. Weiskii et Goelleri sententiam refutavi ad § 23. Cfr. Tittmann l. l. p. 153. Post τολμῆσαι cum Reiskio, Auger. et Bekkero plene interpunxi, Beckius, Jacobsius et Turicenses signo interrogandi.

EXCURSUS DUO

I.

DE DEMOSTHENE,

II.

DE PHILIPPO.

EXCURSUS I

DE

DEMOSTHENE.

§ 1.

De vitae Demosthenis scriptoribus.

In brevissimo hoc de summo oratore excursu facile principem locum sibi vindicant qui de ejus scripserunt vita. De qua etsi ipse *Demosthenes* exponere noluit, tamen non potuit quin litem intendens tutoribus [1]) et causam agens Midianam [2]) non minus orationibus contra Aphobum (cfr. XXVII, 7—12. 49. XXVIII, 17. XXIX, 3. 59), Onetorem (XXX, 6 sqq. 15 [3])) et Midiam (XXI, 13—22. 81—93. 103—107. 116. 219) res suas immisceret quam de Corona (XVIII, 10. 25. 79) et de falsa Legatione (XIX, 207. 215 [4])). Et in his quidem [5]), quas extremo loco dixi, orationibus impugnat Aeschinem ejusque diluit criminationes, quas hic effuderat in actionibus de falsa Legatione et contra Ctesiphontem: utrumque igitur auctorem esse comparandum, ut judicium fiat subtile et certum, quis est quin videat? Atqui ut virtutis amplitudinem,

1) *Westermann.* Quaest. III. p. 3—18.

2) Ibid. p. 18—30.

3) Vid. ad Liban. vit. Dem. § 7.

4) Orationes hae ita locis et argumentis refertae sunt, ut plura nominare non attineat.

5) *Westermann* l. c. p. 30—60 et *A. G. Becker.* Die Reden des Dem. u. Aesch. über die Truggesandtsch. Quedlbg. 1835.

quae fuit in Demosthene, quasi in altera librae lance ponas, tamen summa cautio scripta illa excutientibus adhibenda est. *Demadis* [6]) vero et *Dinarchi*, quae ille in fragmento adhuc reliquo (Orat. Att. ed. Bekker. Tom. III. p. 486) et hic propter causam Harpalicam [7]) in singulari oratione, quae, si quidem genuina est, magnam partem — quod recte vidit Westermannus [8]) — ex Aeschine deprompta est, in nostrum oratorem effutierunt, invidiae debentur et obtrectationi, ut non sit cur in iis rescindendis versemur [9]).

Alterum fontium genus sunt ipsi historici. Praeter *Libanium*, cujus libellum, jejunum illum quidem et sterilem, at cognitione dignum, huic editioni praefigendum curavimus [10]), *Plutarchus* in Vitis parallelis vitam nostri oratoris descripsit [11]), ita ut ex auctoribus veteribus utilissima quaeque [12]) in unum colligeret, quanquam hos ipsos paullo levius perlustrasse nec ubique vera a falsis distinxisse videtur [13]). Ab *eodem* scriptore opusculum in Vitis X Oratorum profectum esse ut olim mihi, praeeunte Ruhnkenio apud Reisk. Orr. T. VIII. p. 180, improbabile visum est, ita Westermannus, quanquam Beckeri, cui nuper Boehneck. p. 88 et 671 confidentius assensus est, Plutarchum defendentis sententiam amplexus erat [14]), tamen nunc

---

6) *Lhardy* de Demade. Berol. 1834 et *Pluyers* de Demade. Hag. Com. 1836.

7) *Eysell* Dem. a suspicione acceptae ab Harpalo pecuniae liberatus. Marb. 1836. *Niebuhrius* (verm. Schr. p. 481) haec: es wäre doch Zeit, dass das alte Lied von der Bestechung durch Harpalus verstummte.

8) Quaest. Dem. III. p. 87 sq.

9) *Becker* Lit. des Dem. p. 8. Ranke l. c. p. 52 sq.

10) Vide quae de hoc scriptore supra p. 3 dicta sunt.

11) Edid. Hutten 1795 et 1820, Wyttenbach in select. princ. histor. 1827 p. 357—388, Frotscher 1828.

12) *Westermann.* com. de auctoritate vit. decem oratt., quae ipsi editioni praemissa est, p. 13 et Qu. Dem. IV. p. 32.

13) *Becker's* Uebersetz. vor den Phil. d. Dem. p. XXXV et Lit. d. Dem. p. 10. Ranke p. 56. Westerm. Qu. IV. p. 46 sqq.

14) *Becker* über die Schrift Plutarchs Leben der X Redner in der Uebersetz. d. Andocid. Quedlbg. 1832 p. 111—132. Westerm. in com. de auctoritate libri X Orr. et Qu. IV. p. 56—71. Adversarium

in editione *Βιογράφων* (Brunsvig. 1845 p. 98) recte mentem mutavit. Atqui illud non omnino repudiandum est, imo habet quae in nostram recte conferri possint: nam auctor, licet incondite [15]), sua hausit e Ctesibio, Philochoro, Heliodoro, Demetrio et Hegesia, ut lectioni oratorum commode instituendae inserviret. *Lucianus* in encomio Demosthenis, quod fuerunt qui jure pro spurio ducerent [16]), habet quae ingenium fertile et facetum prodant lectuque digna sunt, vid. § 3 huj. exc. De *Zosimi* et *Anonymi* vita Dem. (Orr. Tom. IV, p. 145—159) Reiskius ita: „Zosimi quidem opusculum, ut orationis infantia et spurcitie, ita nugis quoque anilibus et commentis in veritatem rerum historicam abnormiter impingentibus putidisque fabellis scatet. Posterius, est illud quidem paullo teratius, sed in se ipsum quoque leve. Ambo illa opuscula nihil nos docent, quod non dudum nossemus, aut ea nobis persuasum sunt, quae nunquam committemus ut nobis persuadeantur" [17]). *Photius* bibl. cod. 265 (p. 490—495 ed. Bekk.) de Demosthene tradit quae ex aliis, inprimis e Plutarcho et Pseudoplutarcho, mutuatus erat. Vix novi quidquam ex eo accipies, licet non temere in re sua versatus ea elegerit, quae vel ad vitam oratoris et publicam et privatam vel ad causas ab eo perlatas pertinerent [18]). *Suidas* (T. I. p. 922 ed. Gaisfd.) tria fragmenta de vita Demosthenis (s. v. *Δημοσθένης*) congessit, quorum illud, quod secundum tenet locum, ceteris facile prae-

---

praeter *Frankium* in Jahrbb. für Philol. XII, 2 p. 212 sqq. nactus est *A. Schaeferum* de libro vitt. X. Orr. Dresd. 1844 p. 29—38.

15) Hier. *Wolfius* haec: „vita haec Plutarcho adolescente, ut videtur, congesta potius quam digesta, quam etsi plurimis locis depravatam etiam, tamen qualis est, non omittendam censuimus." Vid. A. Schaefer. p. 37.

16) Vid. quos laudat *Becker* Lit. d. D. p. 29, qui encomium auctori non vult derogari adversante Westermanno Qu. IV. p. 85, magis etiam Rankio p. 59. Utrique huic adsentior.

17) *Becker* Lit. d. D. p. 14. Westermann Qu. IV. p. 88 et de auct. libri X. Orr. p. 10. Meier Procem. Dem. Mid. p. XX.

18) *Westerm.* l. c. p. 72—75. *A. Schaefer*, judicans de Westermanni edit. *Βιογράφων*, scite et accurate de Photio egit in Z. f. Alterth. 1848 p. 252 et p. 259 sqq.

tuleris [19]). Largam denique materiem scriptorum vel deperditorum, qui de Oratore egerunt, habet Taylor in Reisk. Orr. T. VIII. p. 738 sqq.

Eorum, qui a renatis litteris Demosthenis vitae operam dederunt, agmen ducit Andr. *Schottus*, qui eam ad annos digessit [20]). Praefixam legis editioni Hierōnymi Wolfii, immortaliter de Oratore meriti. Reliquos scriptores enumeravere Voemelius in comment. p. 4 sq., A. G. Becker Liter. d. Dem. p. 16. 186 et 301, Westermann [21]) Gesch. der griech. Beredts. p. 106 et in Pauly Real-Encycl. der class. Alterthumsk. Tom. II. p. 958, Ranke l. c. p. 59. Post horum virorum egregiorum operam nihil fere est, quod addam, nisi: *Cassius* allgem. Einleitung in die Lectüre der Demosthen. Reden Lissa 1839 p. 59. Non pauca reperies, quae huc spectant, in Ew. *Stechow* de Aeschinis vita. Berol. 1841. Quoniam vero Beckerus p. 18 imaginum Demosthenis mentionem injecit, confer: Ueber die Abbildungen des Dem. von *Schröder*, Braunschw. 1842, qui ostendit eas imagines, quae barba ornatae sint, esse genuinas. Jahrbb. f. Philol. XLV, 3. p. 262. Addam denique Photii verba bibl. cod. 265. p. 495, 5: ἔστι δ' αὐτοῦ εἰκὼν ἐν τῷ πρυτανείῳ περιεζωσμένη ξίφος et paullo post: τὴν εἰκόνα ἄνεθεσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ [22]).

§ 2.

De anno natali Demosthenis.

Veniendum est ad rem diu multumque agitatam, annum dico natalem Oratoris, de qua exponens aliorum scriptorum opinionibus, quas deinceps subjiciam, omissis ipsa Demosthenis vestigia legenda

19) *Westermann.* Qu. IV. p. 91.

20) Tabulas chronologicas orr. Dem. conscripserunt *Jacobs* Uebers. p. 628. *Winiewski* p. 363. *Franke* in ed. Dem. IX Phil. p. 261. *Becker* Dem. als Redn. u. Staatsm. p. 573. *Boehnecke* p. 724. *Ruediger* in calce h. ed.

21) Cfr. Ejusdem censuram aliquot scriptorum de Demosthene, quae in Gallia prodierunt, in Jahrbb. f. Philol. XII, 2. p. 182 sqq.

22) *Winckelmannus* (Gesch. der Kunst p. 710) describit imaginem Demosthenis gypseam, quae anno 1768 reperta fuit.

esse arbitror [23]). Hic enim in oratione Midiana p. 564, 19 ed. R. XXI, 154 Bk. dicit de se: ὃς δύο καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονα. Quare illam orationem habens natus fuit *triginta duo* annos. Quod si factum est, id quod *Boeckhius* acutissime vidit [24]), Ol. 106, 4 (352 a. Chr.), patet, Demosthenem natum esse Ol. 98, 4, exeunte anno 385 aut ineunte 384 a. Chr. Haec sententia confirmatur duplici locorum genere; in alteris dicit XXVII, 6 coll. § 69 (Aphob. I. p. 814 et 835), se post mortem patris, quem septennis amittebat, decem annos sub tutela fuisse. At noli premere numerum rotundum, nam quum XXXI, 14 (Onetor. II. p. 880) quaerat: οὐχ ὅλοις ἔτεσι πρότερον δέκα τἀμὰ λαβών, εἶχεν ἐκεῖνος. ὧν ὤφλε τὴν δίκην; probabile est, Demosthenem amplius decem annos tutorum usum fuisse patrocinio. Alterum genus locorum pertinet ad nuptias Aphobi, qui fuit e sorore patris Dem. natus. Etenim Dem. XXX, 15 (Onet. I. p. 868, 1) dicit: ἐγήματο (Ἄφοβος) ἐπὶ Πολυζήλου ἄρχοντος Σκιροφοριῶνος μηνός· ἐγὼ δὲ εὐθὺς μετὰ τοὺς γάμους δοκιμασθεὶς ἐνεκάλουν. Neque vero secum pugnat Orator ejusd. or. § 17: μετὰ τοῦτον τὸν ἄρχοντα (Polyzelum) Κηφισόδωρος. Χίων. ἐπὶ τούτων ἐνεκάλουν δοκιμασθείς, modo ἐπὶ τούτων cum ἐνεκάλουν struas, non cum δοκιμασθείς [25]). Ergo nupsit Onetoris

23) Eandem rationem iniit *Rankius* l. c. p. 58 sqq.

24) Ueber die Zeitverhältn. der Dem. Rede gegen Meidias in den Abh. der Berl. Akad. d. Wiss. p. 81 sqq. Staatshaush. II. p. 62 et 109. Cfr. *Becker* Dem. als Redn. u. St. p. 7 et Lit. des Dem. p. 57 et *Westermann* Qu. III. p. 28, quanquam in diss. de litis instrumentis, quae extant in Dem. Mid. Lips. 1844 p. 11 ad *Boeckhii* inclinat sententiam. Hic enim l. l. p. 8—49 cum Dionys. Halic. in ep. ad Amm. VI. p. 724 aliisque, qui hunc sequuti sunt, orationem Mid. ad Ol. 107, 4 pertinere multis argumentis contendit, quae partim *Voemelius* subvertit in Zeitsch. f. Alterthw. 1846, Nr. 17. p. 131.

25) „Antequam juvenes inscriberentur, examen (δοκιμασία) subeundum erat, essentne civilibus muniis obeundis idonei et, si pupilli erant, possentne ad rem familiarem administrandam admitti.“ *Schoemann* Ant. jur. p. Graec. p. 198, 13. Cfr. *Voemel.* Z. f. Alterthw. 1846 Nr. 16 et *Petersen* ibid. Nr. 74, qui haec: „das vollendete 18. Jahr das Alter der Volljährigkeit, 2 Jahre Kriegsübung, dann Eintritt in das Heer. Die Einregistrirung ging vor sich d. 21—24 Thargelion.“ Eloquutiones autem δοκιμασθῆναι, εἰς ἄνδρας, εἰς ληξιαρχικὸν ἐγγραφῆναι,

soror Aphobo Ol. 103, 2 (366) archonte Polyzelo, quum Demosthenes natus esset annos XVIII [26]). Atqui huic computationi quispiam dixerit obstare Libanium in vit. Dem. § 6 et Plutarchum c. 5 referentes, Oratorem vel eo ad artem, quam deinceps profitebatur, maxime impulsum fuisse, quod Callistratum causam Oropicam, de qua exposui ad Lib. vit. Dem. § 6, dicentem, venia magistri impetrata, audiverit. Quae causa quum pertineat ad Ol. 103, 2, Demosthenes annum XIX agens huic sane quidem interfuit, sed *sine paedagogo*, cujus disciplina illi auctores juvenem usum fuisse tradunt. Longum est enarrare, quibus rationibus viri docti hanc difficultatem expedire et quasi extricare conati sint: nimirum recurro ad sententiam olim a me prolatam, utrumque istum scriptorem [27]) confudisse duo tempora, quibus Demosthenes audierat Callistratum [28]), unum, antequam inter viros receptus erat, alterum post hanc cooptationem, quum ille Oropicam causam agebat. Bis igitur adolescens audivit Callistratum [29]). Rehdantius (Vitt. Iphicr. Chabr. Tim. p. 111) haec: „non dubium est, quin Callistratus de Oropo causam egerit quandam eumque tum Demosthenes adolescentulus (?) audierit.“ Postquam varias de anno natali sententias protulit, pergit: „utut est, intra annos 369 et 363 Dem. audivit Callistratum *τὴν περὶ Ὠρωποῦ δίκην* dicentem.“ Recte. Ergo causae Oropicae auditio nostrae opinioni de anno natali non officit, quam et ipsam praeiverunt auctor [30]) vitt.

κύριον γενέσθαι τῆς οὐσίας, etsi per se diversae, tamen temporis ratione aut parum aut nihil differunt. Discrimen statuit Boehneckius, quem vide p. 52–72 et 671.

26) *Weisk.* d. hyp. III. p. 15. *Becker* Dem. als Redn. u. St. p. 415. — Litem Demosthenes tutoribus intendit Ol. 104, 1.

27) Ipse Libanius dicit § 6: *φασιν, οἶμαι, (τὴν δίκην) περὶ Ὠρωποῦ.*

28) De hoc oratore vid. ad Lib. vit. Dem. § 6 et *Becker* ad Lycurg. Leocr. p. 176.

29) *Westermann.* Qu. III. p. 6. n. 13 et Jahrbb. für Philol. XII, 2. p. 188, *Frankius* ibid. XXV, 2. p. 309.

30) Hic libellus etsi habet quae temere scripta videntur (*Seebeck* Z. f. Alterthw. 1838 p. 322 et A. Schaefer in commentatione supra designata), tamen nemo dixerit, omnia, quae in eo continentur, profligata esse et perdita.

X oratt. p. 845 D (p. 73 ed. Westerm.), F. A. Wolfius ad Lept. p. LXII, Boeckh. Staatsh. II. p. 109, Weisk. de hyperb. III. p. 14, Westermann Gesch. d. gr. Beredts. p. 103 et in comm. de auctorit. libri X Oratt. p. 17—22, Voemelius in comm. p. 6 et in censura libri Boehneckii, A. G. Becker, Thirwall in Mus. Cantabrig. Febr. 1833, n. V. p. 389—411, alii. Huic sententiae proxime accedunt Ranke (Encyclop. XXIV. p. 62) et Seebeck (Zeits. f. Alterthw. 1838 Nr. 39—42), qui Ol. 99, 1, et Droysen (Rhein. Mus. für Philol. IV, 3 p. 406—438), qui ejusd. Ol. anno 1. aut 2. Oratorem natum dicunt. Paullo longius discedunt Clinton (Fast. Alt. p. 360), Brückner (Koen. Phil. p. 326 sqq.) et C. F. Hermann (epicrisis de Dem. die natali. Gotting. 1845) annum natalem ad Ol. 99, 3 rejicientes, quem quidem probaverit qui Gellii (XV, 28) auctoritatem sequutus orationem Androtioneam — Ol. 106, 2 — a Demosthene annos nato septem et viginti scriptam esse contendit. At quum Plutarchus vit. Dem. c. 15 dicat: *δοκεῖ δυοῖν ἢ τριῶν δέοντα ἔτη τριάκοντα γεγονὼς ἐξενεγκεῖν τοὺς λόγους ἐκείνους* (*κατ' Ἀνδροτ. καὶ Ἀριστοκράτ.*), ita ut rem incertam reliquerit [31]), Gellio fides et in hac re et in anno mortis deroganda videtur. Etenim ibidem haec: „Vixerunt quoque (Cicero et Dem.) non nimis numerum annorum diversum, alter tres et sexaginta annos, Demosthenes sexaginta.“ Atqui certum est, Demosthenem Ol. 114, 3 (322) diem supremum obiisse, quod si acciderit sexagenario, natus fuit Ol. 99, 3. Si autem annus natalis incidit in Ol. 98, 4, Demosthenes egit annum sexagesimum secundum, quum obibat. De qua re in quam diversas abierint partes, videsis e Photio, qui bibl. p. 495, 2 scribit: *ἐβίω, ὡς μὲν οἱ τὰ πλείω λέγουσιν, ἔτη ἑβδομήκοντα, ὡς δ' οἱ τὰ ἐλάττω, ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα.* Proxime igitur ad veritatem Gellius accessit, cujus vestigia premenda esse negavi. Ex iis, quae disputata sunt, apparet plerisque nostratium improbari Dionysii rationem, olim divulgatam, Oratorem Ol. 99, 4 (381) natum fuisse. Nihilo secius praeeunte Schotto, Meursio, Scaligero, Tayloro nuper C.

31) Cfr. de hoc loco *Westermann.* Qu. IV. p. 50, quocum or. Androt. non ad 31. annum aetatis, sed potius ad 30. referenda est.

G. Boehneckius [32]), quo est ingenii acumine, eam retractavit et certis argumentis munire sibi visus est; summam eorum subjiciendam curavi, quo facilius circumspicerentur. Scilicet cardo rei versatur in anno orationis Midianae recte constituendo. Jam in hac ipsa (XXI) § 161 Dem. dicit: *ἐγένοντο εἰς Εὔβοιαν ἐπιδόσεις παρ' ὑμῖν πρῶται.* Quaeritur, ad quod bellum Euboicum hae largitiones [33]) pertineant: neque ad Ol. 105, 3 neque ad Ol. 109, 4, bene vidit Boehneck. p. 10, conjiciens Ol. 107,

---

32) Forschungen p. 1—95 et p. 668. Addam disputationis finem p. 93: „Die Resultate der Untersuchung wollen wir zusammenstellen. 1. Dem. ist Ol. 99, 4 zu Anfang des Herbstes geboren; da sein Todestag auf d. 16. Pyanepsion fällt Ol. 114, 3, so ist er im 60. Jahre gestorben. Gell. XV, 28. 2. Demosthenes Vater starb Ol. 101, 3, als der Sohn gerade 7 Jahr alt war, die Vormundschaft des letzteren dauerte bis zu seinem 16. Jahre. Ol. 103, 3 wurde er für Mann erklärt und hierdurch mündig (?). In seinem 18. Jahre Ol. 104, 1 brachte er die förmliche Klage gegen Aphobos an den Gerichtshof. 3. Die Beleidigung, welche Dem. als Choreg vom Meidias erlitt, geschah an den Dionysien im Elaphebolion Ol. 107, 3. Die Rede gegen Meidias ist in dem ersten Viertel des folgenden Jahres Ol. 107, 4 abgefasst, als Dem. 32 J. alt war. 4. Der Euboeische Feldzug, der von Athen zu Gunsten des Plutarchos, Tyrann von Eretria, unternommen wurde, fällt Ol. 107, 3. 5. Nicht lange vor demselben, also in der ersten Hälfte von Ol. 107, 3 hatten die Athenäer den Olynthiern Hülfstruppen gesandt. 6. Des Apollodoros Psephisma über die Verwendung der Theorica zur Kriegführung wurde zu Anfang des Frühjahrs Ol. 107, 3 vorgeschlagen. 7. Die Demosthenische Rede gegen Böotos ist gegen Ausgang von Ol. 107, 3 niedergeschrieben. 8. Die Sommer-Nemeade wurde in dem Sommer gefeiert, welcher auf den Frühling des 3. Olympischen Jahres folgte. 9. Bei den Athenäern wurde die *δοκιμασία* oder *ἐγγραφὴ εἰς ἄνδρας* nach zurückgelegtem 15., in der Regel des 16. Jahres vorgenommen, sie hatte dieselbe Bedeutung, wie bei den Römern das Anlegen der toga virilis. 10. Die Mündigkeit erfolgte in Athen bei den Waisen mit der *δοκιμασία εἰς ἄνδρας*, bei den Söhnen der Epikleren gesetzlich nach Beendigung des 2. Jahres ihrer Pubertät, d. h. frühestens nach zurückgelegtem 16. Jahre. 11. Die *ἐγγραφὴ εἰς ληξιαρχικὸν γραμματεῖον* ist von der *δοκιμασία εἰς ἄνδρας* durchaus verschieden, sie erfolgte nach erlangter Mündigkeit, durch sie wurde der Anfang der Attischen *πολιτεία* beurkundet. (?)

33) Vid. de his *Boeckhium* Staatsh. II. p. 108.

3 esse intelligendum. At quum Orator ibid. § 197 haec immisceat: *ἐνθυμεῖσθε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς, ὅτι οὗτος τῶν μεθ' ἑαυτοῦ στρατευσαμένων ἱππέων, ὅτε εἰς Ὄλυνθον διέβημεν, ἐλθὼν πρὸς ὑμᾶς εἰς τὴν ἐκκλησίαν κατηγόρει*, quumque rerum Olynthiacarum memoria, quam cum Euboicis convenire interpretes arbitrantur, eadem esse videatur, quae tangitur in Aristocratea (XXIII) § 108: *ἐκεῖνοι (Ὀλύνθιοι) τέως ἑώρων αὐτὸν τηλικοῦτον ἡλίκος ὢν καὶ πιστὸς ὑπῆρχε, σύμμαχοι τε ἦσαν καὶ δι' ἐκεῖνον ἡμῖν ἐπολέμουν*, de hoc ipso loco dicendum est [34]). Enimvero Ol. 106, 4 legati Olynthiorum Athenis versabantur de reconciliatione; unde nonne probabile est *ἐπολέμουν* referri ad Ol. 106, 3 et annos praecedentes itaque orationem Midianam esse anni Ol. 106, 4, Demosthenem autem tum annum 32. agentem natum fuisse Ol. 98, 4? Quae quum ita sint, in Boeckhii sententia acquiescendum esse censeo, ita ut Demosthenes [35]) Olynthiacam primam et secundam agens (Ol. 107, 3) annos 34 habuerit, Olynthiacam tertiam et Philippicam [36]) primam (Ol. 107, 4) 35 et orationem de Pace (Ol. 108, 2) 38.

§ 3.

De ratione Demosthenis.

Quanquam qui vel primis labris Demosthenis orationes gustarunt, non possunt non videre, quibus ille virtutibus praestet, tamen ut illorum ipsorum studiis consulerem, lineamenta quaedam vel tenuia describenda et judicia aliorum, qui subtilius in Oratoris ingenium et artem indagavere, addenda censui.

Fuit in Demosthene ingenium acre, subtile, fertile, subactum, ad optima quaeque excipienda promtissimum. Idem non solum justa institutione, ut tum fuit, et inprimis Isaeo prae-

---

34) Cf. *Weberi* comm. in Aristocr. p. 350 et nostra Prolegg. in orr. Olynth. c. 2, § 2. p. 24.

35) Vid. Prolegg. in orr. Olynth. c. III. § 1 p. 26 sq. Dissentit Photius bibl. cod. 265. p. 492, 18: *ἔτων γεγονὼς ἑ ῥήτωρ ὅκτω καὶ τριάκοντα ἔπεισε δημηγορήσας τὸν δῆμον βοήθειαν Ὀλυνθίοις ἀποστεῖλαι.* At quoties in numeris erravit!

36) Prolegg. in Philipp. I. § 3.

ceptore [37]) usus est, sed etiam ea tempora nactus, quae artem dicendi, ad quam se adplicabat, cum maxime fovebant, colebant, exercebant. Quid mirum, quod juvenis optimarum artium studio imbutus [38]) ac sincero patriae amore inflammatus eas habuit orationes, quae omnium aetatum summam movebant admirationem, ut non defuerint qui in eo imitando elaborarent [39])? Et duae quidem res sunt, quas qui illas legunt Oratorem summa diligentia sequutum esse facile animadvertunt — ne singulis rhetoricae formulis inhaeream — *dictio* et *tractatio*. Etenim *dicendi* genus habet [40]) purum, tersum, nitidum, elegans, nativum, denique in partes voco Ciceronem Brut. c. 9 § 35: „nihil acute inveniri potuit in iis causis, quas scripsit (Demosthenes), nihil — ut ita dicam — subdole, nihil versute quod ille non viderit; nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius; nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiarum, quo quidquam esset elatius." Nam abhorrŭit ab omni fuco, nullum jactavit tumorem nec imaginum lumina occupavit, quanquam metaphoras a re nautica et medica suis locis repetiit. Graviter et distincte causam proposuit easque dicendi faces adhibuit, ut homines vel incenderet et impelleret, vel revocaret et teneret. Ipsas vero res seu publicas seu privatas [41]) ita *tractavit*, ut acutissime meditatum eas ac diu multumque secum volutasse oratorem appareat, quamvis non omnino ad vulgares rhetorum [42]) praeceptiones composuerit; atqui animos

37) Praeter eos, quos laudavi ad Lib. vit. Dem. § 7, vid. *Westermann* in Paul. Real-Encyc. II. p. 960 et ad Pseudoplut. p. 69 n. 6.

38) Ipse dicit XVIII, 257: *ἐμοὶ ὑπῆρξεν παιδὶ ὄντι φοιτᾶν εἰς τὰ προσήκοντα διδασκαλεῖα.* Ibid. § 265: *ἐδίδασκες (Αἰσχίνη) γράμματα, ἐγὼ δ' ἐφοίτων. ἐτέλεις, ἐγὼ δ' ἐτελούμην.* Omnino haec oratio de Corona abundat locis, quae ad Dem. vitae rationem pertinent.

39) *Becker* Lit. des Dem. p. 206 sqq.

40) De cognomine *Βάτταλος* disputatum est ad Lib. vit. Dem. § 5. Praeterea cfr. Phot. bibl. cod. 265. p. 495, 31 et *Westermann* Qu. IV. p. 89, qui illud cum Zosimo ad linguae haesitantiam pertinere censet.

41) Orationes sunt vel publicae I—XVI, vel privatae XVIII—LXI. *Westermann* Gesch. d. g. Beredts. p. 297 Beil. VII.

42) Taedet sane argutas et exiles rhetorum graecorum observationes, exceptis aliquot locis Hermogenis et Aristidis, legisse, ut

audientium quo vult ducit atque unde vult deducit. Etenim movere et instigare tardos, revocare a desidia, ad rem acriter suscipiendam excitare, causam subtiliter et enucleate exponere, invehi in ignavos, laborantes erigere, majorum exemplum proponere, patriae amorem incendere, denique animos confirmare ad extrema quaeque subeunda et periculum imminens propulsandum. Non possum quin Photii verba addam, de causa, quam Dem. sequebatur, dicentis p. 493, 34: *ἐπιδοὺς αὑτὸν ἐπὶ τὸ πολιτεύεσθαι, ἐπεὶ τοὺς μὲν ἑώρα τῶν πολιτῶν φιλιππίζοντας, τοὺς δὲ πρὸς τὴν τῆς πόλεως ἐλευθερίαν δημηγοροῦντας, τῆς ἀμείνονος μοίρας γίνεται, καὶ συνεπολιτεύετο Ὑπερείδῃ καὶ Ναυσικλεῖ καὶ Πολυεύκτῳ καὶ Διοτίμῳ.* Qua quidem in re non praetermittenda est illa pietas, qua et divinum auxilium implorat et cives eo fretos esse jubet, ne desperent, sed omni virium contentione id petant, quod probissimo et fortissimo cuique petendum est. Cfr. Dem. I, 1. 10. II, 1. 22. IV, 12. 45. XVIII, 1. Tanta ars et tanta virtus si justo eventu plus minusve carebat, culpa fuit temporum et morum Atheniensium, non oratoris, qui quum Ol. 106, 2 ad rempubl. accessisset, ne clade quidem Olynthiaca (Ol. 108, 1) ab illa abstinuit, sed permansit usque ad proelium Charoneense Ol. 110, 3 [43]), per quod auctoritate Demosthenis commissum quanquam Polybius XVII, 14 dicit patriam summopere adflictam esse, tamen addit: *Δημοσθένη κατὰ πολλά τις ἂν ἐπαινέσας.* — At ne longior sim in hac re, in qua non tam copia quam modus quaerendus est, addam deinceps qui et antiqua et recentiore memoria de Demosthenis ratione scripserunt, interjectis ipsis aliquot scriptorum verbis [44]). Et *Dionysius* quidem Halicarnassensis singularem edidit libellum *περὶ τῆς λεκτικῆς Δημοσθένους δεινότητος* in Opp. ed. Reisk. T. VI. 953—

admirer diligentiam *Walzii*. Multo elegantius nostrates, quos statim nominabo, hac in re versati sunt, Oratoris virtutes exponentes et exemplis probantes.

43) Prope ad verum accessit Photius p. 495, 3: *ἐπολιτεύσατο δύο καὶ εἴκοσιν ἔτη* i. e. 355—338.

44) Praefixit Hier. *Wolfius* elogia veterum scriptorum editioni Francf. 1604. p. XLIV—LXXIV.

1129 [45]), ex quo vel unum adscribam locum, qui est cap. 22: *ὅταν Δημοσθένους τινὰ λάβω λόγον, ἐνθουσιῶ τε καὶ δεῦρο κἀκεῖσε ἄγομαι, πάθος ἕτερον ἐξ ἑτέρου μεταλαμβάνων, ἀπιστῶν, ἀγωνιῶν, δεδιὼς καταφρονῶν, μισῶν, ἐλεῶν, ὀργιζόμενος, φθονῶν, ἅπαντα τὰ πάθη μεταλαμβάνων, ὅσα κρατεῖν ἀνθρωπίνης γνώμης· καὶ δήποτε καὶ ἐνθυμήθην, τί ποτε τοὺς τοτ' ἀνθρώπους ἀκούοντας αὐτοῦ λέγοντος ταῦτα πάσχειν εἰκὸς ἦν.* Alia loca vid. c. 36. 41, inprimis c. 42. 43 et 53. Idem scriptor ep. ad Pompej. c. 4 (VI. p. 752 R.) haec: *εἰ χαρακτῆρας λόγου προελόμενος σκοπεῖν καὶ τοὺς πρωτεύοντας ἐν αὐτοῖς φιλοσόφους τε καὶ ῥήτορας ἐξετάζειν, τρεῖς μὲν ἐξ ἁπάντων ἐξελεξάμην τοὺς δοκοῦντας εἶναι λαμπροτάτους, Ἰσοκράτην τε καὶ Πλάτωνα καὶ Δημοσθένην, ἐκ δὲ τούτων αὐτῶν πάλιν προέκρινα Δημοσθένην, οὐδὲν ᾤμην οὔτε Πλάτωνα οὔτ' Ἰσοκράτην ἀδικεῖν* [46]). Luciani, de quo § 1 dixi, verba sunt haec in encomio c. 14: *ταῖς μὲν ἐννοίαις καὶ τοῖς ὀνόμασι κατα-πυκνῶν τὸν λόγον, ταῖς δὲ διατέθεσιν ἀκριβῶν τὰς πιθανότητας, λαμπρὸς μὲν τῷ μεγέθει, σφοδρὸς δὲ τῷ πνεύματι, σωφρονέστατος τὴν τῶν ὀνομάτων καὶ νοημάτων ἐγκράτειαν, ποικιλώτατος δ' ἐναλλαγαῖς σχημάτων· μόνος γέ τοι ῥητόρων, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ἔμψυχον, οὐ σφυλήρατον παρεῖχε τὸν λόγον.* — E latinis scriptoribus Cicero — cujus judicium gravissimum esse nemo infitias ibit — cum illo, quem supra attuli, loco tum multis aliis Oratoris Attici celebrat laudes: d. Orat. I, 61, 260. III, 19, 71. 56, 213. Orat. 29, 104: „Demosthenes unus eminet inter omnes in omni genere dicendi.“ Cfr. Tusc. Disp. V, 36, 103. Quintilianus X, 1, 106 utrumque Oratorem comparans Demosthenem inprimis legendum vel potius ediscendum putat:

---

45) Vid. Dionysios über die Rednergewalt des Demosthenes vermittelst seiner Schreibart. Uebers. u. erläut. v. *A. G. Becker*. Nebst einer Abhandlung über Dionys. als ästhet.-krit. Schriftsteller. Wolfenb. u. Leipz. 1829. Haec commentatio bonae frugis est plena et auctore digna.

46) *Schottenii* (de Demosth. eloqu. charactere. Traj. ad Rh. 1835) sententia, Demosthenem e disciplina Platonis prodiisse jam diu est explosa. Vid. Gotting. gel. Anz. 1835 Nr. 160. — Aliquid similitudinis inter juveniles Dem. orationes et Isocratem reperire sibi visus est *Funkhaenel* in Zeitsch. f. Alterthw. 1837. Nr. 59. Res valde dubia,

„quorum (Demosth. et Cicer.) ego virtutes plerasque arbitror similes, consilium, ordinem dividendi, praeparandi, probandi rationem, denique quae sunt inventionis. In eloquendo est aliqua diversitas: densior ille, hic copiosior; ille concludit astrictius, hic latius; pugnat ille acumine semper, hic frequenter et pondere; illic nihil detrahi potest, hic nihil adjici; curae plus in illo, in hoc naturae.“ Cfr. XII, 10, 23. Val. M. VIII, 7. Juvenal. X, 114.

Nostra autem aetas tam multos tulit, qui de Demosthenis virtute oratoria exponerent eamque suis hominibus adaequandam commendarent, ut qui hos alterosve auctores praetermissos esse doleant, veniam daturos esse sperem. Praeter eos, quos § 1 nominavi, vide *F. A. Wolfium* ad Lept. p. XXXXI. Aesthetisch-krit. Parallele des Demosth. u. Cicero von D. *Jenisch*. Berlin 1801. Demosthenes als Staatsmann u. Redner von *A. G. Becker*, Hal. 1815 [47]) et Lit. des Dem. p. 35—81. *H. A. Schott* Theorie der Beredtsamkeit, Leipz. 1833. *C. F. Ranke* in Ersch u. Gruber Encycl. XXIV. *A. Westermann* Gesch. der griech. Beredtsamkeit, Leipz. 1833 [48]) § 57 et in Pauly Real-Encycl. T. II. *E. Gros* étude sur l'état de la rhetorique chez les Grecs depuis sa naissance jusqu' à la prise de Constantinople. Par. 1835 [49]). *F. v. Raumer* Einleit. zur Uebersetz. des Aesch. u. Demosth. Reden für die Krone. Berl. 1811. *Jacobs* Vorr. zur Uebers. v. Dem. Staatsr. 2. A. p. XIV sqq. *Wachsmuth* Hell. Alt. 2. A. I. p. 670 sq. *Theremin* Demosth. u. Masillon. Berl. 1845 [50]). Accedat denique auctoritas virorum aliquot gravissimorum, ipsorum verbis expressa. *Jenisch* l. c. p. 64: „das Grosse einfach, das Kleine gefällig, das Dunkle klar, das Feine verständlich und fasslich zu sagen — in dieser Kunst ist kein alter Redner und kein neuer Schriftsteller so erfahrner Meister als

47) De hoc libro egit Heeren Gott. g. Anz. 1816 p. 1060.

48) De hac nostrarum litterarum ornamento vid. Gotting. Anz. 1833 Nr. 146. 147. Allg. Lit. Ztg. 1834 Nr. 110 et 197. Jahrbb. f. Philol. XIII, 3. p. 260.

49) Zeits. f. Alterthw. 1837. Nr. 87.

50) Schwarz in Jen. Lit. Z. 1846. Nr. 261 sqq.

